ad verum. Secūdo ratione extre/ morū cū corde pacificatiōis. Hinc in epl'a pñti tertia parte eiuſdē pau/ lus ait: Et ideo noui teſtamēti me diator eſt: vt morte intercedēte.i.ne ceſſaria: in redēptionē earū preuari cationū.i.peccatorū.q̄ pctā propter legē preuaricationes dicebanť: que erāt ſub priori teſtamēto: repromiſ/ ſionē accipiant eterne hereditatis. De qua hereditate dauid i pſal.di/ cit: Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.xxiiij.q.viij.§.Sed no tandū.extra de preben.Cū ſecūdū. Tertio ratione ſignificatiōis.Nā patris volūtatē in nouo teſtamēto hoīb⁹ ſignificauit. Vñ paulus ad Hebr.viij.dicit: Melioris teſtamē/ ti mediator eſt ieſus: quanto in re/ promiſſionīb⁹ ſancitū eſt. Quarto ratione teſtificatiōis Iud.xj.Dñs ieſus mediator ⁊ teſtis. Quinto ra tione incarnationis. quia perſona media. Vñ Jo.j. Verbū caro factū eſt. Sexto ratiōe carnis acceptio/ nis: quia accepit carnem in medio vteri virginalis. de quo exponitur illud Geñ.ij. Lignū vite in medio paradyſi. Septimo ratione pacis denunciationis. vñ Joh.xx. legitur Stetit ieſus in medio diſcipulorum ſuorū ⁊ dixit eis Pax vobis. Octa uo ratione diſputatiōis. Vñ Lu.ij. Erat in medio doctorū audiens ⁊ in terrogans. Nono ratione exēplifi cationis. Hinc Lu.xx. dixit diſcipu lis: Ego aūt in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Decimo ratio/ ne locationis. Quia vt in pſal. ſcri/ ptum eſt Operatus eſt ſalutē in me dio terre: moriens in medio duorū latronū. Jo.xix. O igiť felix ponti/ fex redēptor ⁊ mediator: qui tua ſan ctiſſima paſſione aperuiſti ianuam paradyſi: vere ſamaritan⁹ nr̄: vt di/ cit euangeliū hodiernū Jo.viij.ca. ſcriptum: Fac nos ad tuum venire ↄſortiū. Qui cum patre ⁊ ſpū ſancto viuis ⁊ regnas in ſcl'a ſcl'orū Amē.

¶ Dñica in ramiſpalmarū de gl'ia mūdi deſpiciēda Sermo.xix.

Hoc enim ſentite in vobis quod ⁊ in chriſto ieſu. Ad Phil. ij. hec verba ſcribunť ⁊ notanť. Pro exordio hui⁹ ſermonis queriť a doctorīb⁹: vtrū homo glo/ riam poſſit appetere ſine peccato: cū chriſtus hodie tantā gloriā ⁊ ho norē hieruſalē veniendo habuerit? Et dicit q̄ ſic: quia gl'ia claritatem quandā ſignificat. Vñ gloriari idē eſt quod clarificari. Claritas aūt vt Aug. ait ſup Jo. importat decorem quendā ⁊ manifeſtationē. Et ideo quod apud hoīes decoris videť ma nifeſtari poteſt. Vñ Math.v. diciť Luceat lux veſtra corā hoīb⁹.xij.q. ij. q̄ttuor. Sed appetitus gl'ie tripli ci modo eſt cū peccato. Vno modo ex parte rei de qua gl'ia queriť: q̄ nō eſt gl'ia digna ratiōe vanitatis: ſm illud pſal. Vt quid diligitis vanita tē. Vñ de mūdanis nō eſt habenda gl'ia: quia Eccl'i.j.c. Cūcta que ſub ſole ſunt vanitas. De pe. di.iij. cha ritas. Alio modo ex parte eius a quo gloria queriť: puta hoīs ratiōe cognoſcentis: quia eius iudiciū eſt incertū. Hinc Jo.xij. ſcribiť de ſic querētīb⁹ gloriā cū peccato. Dilexe runt magis gloriā hominū q̄ȝ dei. Tertio modo ex parte finis illius

qui gloꝛiã appetit: qui finem ⁊ intẽ
tionẽ in laudẽ dei ⁊ ſalutẽ pꝛoximi
non ponit. Vñ Hiero. ad Nepotia
nũ ait: Caue ne hominũ munuſcu/
lis aucuperis: ne in offenſam dei
populoꝝ laudes cõmutes. Concoꝛ.
Alex. de ales in 2°. ⁊ ſanct° Tho. 2ª
2ᵉ q. cxxxij. ar. j. Cũ aũt chꝛiſtus tm̃
ad honoꝛẽ pr̃is ſui ⁊ pꝛoximi ſalutẽ
gloꝛiã acceperit: ⁊ mũdanoꝛũ vani
tatem deſpexerit. ideo Paulus ait
Hoc eni ſentite in vobis. que ſunt
verba pꝛopoſita pñtis epl'e declarã/
de. ¶ In qua tres vtiles queruntur q̃
ſtiones. Pꝛima eſt de mũdane glo
rie deſcriptiõe: vz Quid ſit gl'ia mũ
dana. in pꝛincipio. Secũda eſt de
mundane gl'ie deſpectione: vz q̃re
mũdana gl'ia deſpici ⁊ abhomina/
ri debeat. ibi: Sed ſemetipm̃. Ter
tia eſt de mũdane gloꝛie infectione
videlicet que mala infectiones ſeu
pene ſequuntur ex mundi gloꝛia. ibi:
Pꝛopter quod ⁊ deus.

¶ Queſtio pꝛima de mũdane gl'ie
deſcriptione: videlicet Quid ſit glo
ria mundana.

Ueritur a doctoꝛib° quid
ſit gl'ia mũdana? Et dicũt
q ꝙ gl'ia mũdi eſt res timo/
roſa: doloꝛoſa: laboꝛioſa:
doloſa: faſtidioſa: ocioſa: ingenero
ſa: anguſtioſa: ⁊ periculoſa. De qui
bus oib° aliquid dicendũ eſt. Dico
igitur pꝛimo ꝙ gloꝛia mũdi eſt res ti/
moꝛoſa. Attẽdat eni quilibet mũdi
gloꝛioſus aut honoꝛibus: aut diui/
tijs: aut voluptatib° quid Paulus
ij. ad Coꝛinth. xij. dicat: Periculis
fluminũ: periculis latronũ: pericu/
lis in ciuitate: periculis in ſolitudi/
ne: periculis in mari: pꝛiculis in fal/
ſis fratribus. Vñ quilibet gloꝛioſus
mũdi hoc audiẽs: illud Gen̄. vj. di/
cit: Audiui vocẽ tuã ⁊ timui. de pe.
di. j. Et venit. Dico ſecũdo ꝙ gl'ia
mũdi eſt res laboꝛioſa. Pꝛofecto eni
in mũdo nõ eſt gloꝛioſus ſine diui/
tijs: que quãto laboꝛe acquirantur
Sapiẽs de gloꝛioſo diuite eccl'. xx.
inſinuat dicẽs: Cũcti dies eius ple
ni ſunt laboꝛibus ⁊ erumnis. i. miſe
rijs. Et quo fine claudatur vita eius
Luce. xij. de diuite ſcriptũ eſt: cui di
ctum fuit: Stulte hac nocte animã
tuã repetent a te: que aũt pꝛeparaſti
cuius erũt. Dico tertio ꝙ glia mũ
di eſt res doloꝛoſa. Vñ Salomon
eccl'. vj. dicit: Vidi malũ ſb ſole: ⁊ q
dem frequens apud hoĩes: Vir cui
dedit deus diuitias ⁊ ſubſtantiã et
honoꝛẽ: ⁊ nihil deeſt aĩe ei° ex oib°
q̃ deſiderat: ⁊ nõ tribuit ei poteſtatẽ
vt comedat ex eo: ſed homo extra/
neus voꝛabit illud. Dico quarto
ꝙ gloꝛia mũdi eſt res doloſa: quia
ꝓmittit delectationẽ ⁊ donat triſti/
tiam: vt patet in matrimonio: i quo
cadit ſemꝑ muſca. Vñ Iuuenal' li. ij
Satyra. j. dicit: Semꝑ habet lites
alternaqꝫ iurgia lectus. In quo nu/
pta iacet: minime doꝛmitur in illo.
Pꝛomittit ſatietatẽ ⁊ donat eſuriẽ.
iuxta dictũ chꝛiſti Io. iiij. Qui bibe
rit ex hac aqua ſitiet iterũ. Pꝛomit/
tit letũ exitũ: ⁊ donat amarũ: vt pa/
tet in diuite epulone Lu. xvj. Di/
co quinto ꝙ gloꝛia mundi eſt res fa
ſtidioſa. Nauſeam enim ꝓuocant
delicata cibaria oꝛnata indumenta
queqꝫ luxuria ⁊ oia mũdi oblecta/
menta. Pꝛopterea eccl's. ij. c. dicit.
Dixi in coꝛde meo: vadã ⁊ affluam
diuitijs ⁊ fruar bonis: ⁊ vidi ꝙ hoc

eſſet vanitas. Dico ſexto ꝙ gloria
mũdi eſt res ocioſa. Vñ Jo.ij.c.di/
cit: Trãſit mũdus ⁊ ꝯcupiſcentia eiꝰ
j.q.iiij.§.Jta Dico ſeptimo ꝙ glo
ria mũdi eſt res ingeneroſa: quia lȝ
pꝛomittat libertatẽ: tñ generat ſerui
tutẽ. Certe multis ſubiectionibꝰ cõ
deſcenſionibus: ſuppoꝛtationibꝰ: ⁊
ſimulationibꝰ ſubditi ſunt dñi ⁊ ma
gnates. Nec mirum quia Bern. ait
Homo natus eſt ad laboꝛem nõ ad
honoꝛẽ. De diuitibus ⁊ auaris glo.
dicit: Auaritia eſt ſimulachꝛoꝝ ſer/
uitus. ⁊ vt reliqua taceam Salomõ
interrogeť de oibꝰ: ſȝ magis de glo
ria voluptatũ. Dico octauo ꝙ glo
ria mũdi ẽ res anguſtioſa: qꝛ Puer.
xiiij. ſcriptũ eſt: Riſus doloꝛe miſce
bitur: ⁊ extrema gaudij luctus occu
pat. Hinc eccł.ij. ſcriptũ habeť: Jn
die bonoꝝ nõ imemoꝛ ſit quis ma/
loꝛũ: vt ſic gaudiũ temperet. Dico
nono ⁊ vltimo ꝙ glia mũdi eſt res
periculoſa. Vñ Señ. dicit: Peius ẽ
dñis ꝙ̃ ſeruis. Jlli vniuerſos: hi vo
ſingulos timẽt. O igiť gloꝛia mũdi
vana: ꝙ̃ bene tibi aſſignata eſt hec
diffinitio: Tu es plena timoꝛe: labo
re: et doloꝛe. Tu plena dolo: faſti/
dio: ⁊ ocio. Tu plena ſeruitute an/
guſtia ⁊ periculo. Et ideo chꝛiſtus
te ꝯtempſit humiliter hodie hieruſa
lem veniẽs ſup aſinã ſedẽdo: iuxta
zacharie vaticinium.ix.c. Et ꝙ̃uis
populus tantũ ſibi exhiberet hono
rem: vt Math. xxj. ſcribiť: ⁊ ſolẽni/
ter in pꝛoceſſione hodie cantať: tñ
ſuper exultantẽ ciuitatẽ amariſſime
fleuit: vt Lu.xix.ſcribiť: ei pꝛedicen
do vẽtura: ſibi mala futura: qꝛ pꝛo/
ditoꝛ: mũdus hanc inanẽ pꝛomittit
gloꝛiã: ⁊ in fine largiť magnã triſti
tiam: vt pȝ in chꝛiſto: qui tanta glia
nullũ in fine inuenit hoſpitẽ: vt di/
cit Chꝛyſo. Hinc Paulus ait in pꝛi
ma parte huius epłe Hoc eni ſenti
te in vobis qđ ⁊ in chꝛiſto ieſu. Ubi
Paulus quattuoꝛ oſtẽdit: videlicet
obiectũ.i. mũdane gloꝛie ꝯtemptũ:
cũ dicit: hoc. Deinde oſtẽdit modũ
ſ. certioꝛẽ: cũ dicit Sentite.i. experi/
mẽto cognoſcite. Ultra oſtẽdit ſub/
iectũ vȝ pꝛopinquũ: qꝛ dicit ī vobis
Ultimo oſtẽdit modũ honeſtiſſimũ
ꝓpter qđ dicit Jn xp̃o ieſu. Qui cũ
in foꝛma dei eẽt.i. in diuina natura
que foꝛma diciť pꝛopter ſui imate/
rialitatẽ: foꝛmoſitatẽ: cõicabilitatẽ:
et exemplaritatẽ: quia eſt exemplar
⁊ idea omniũ. nõ rapinã arbitratus
eſt eſſe ſe equalem deo: quia ꝭm di/
uinitatem vere patri equalis diciť.
et ꝭm humanitatẽ cõtempſit gloꝛiã
mũdi: nõ falſe appetẽdo equalitatẽ
dei: ſicut pꝛimꝰ angelus: aut pꝛimi
parentes. imo dicebat: Pater ma/
ioꝛ me eſt Jo.xiiij. Qui alibi: videli
cet Jo. viij. dicit: ſcđm diuinitatẽ:
ego ⁊ pater vnũ ſumus.

¶ Queſtio ſcđa de mundane glie
deſpectione: vȝ q̃re mundana glia
deſpici ⁊ abhominari debeat.

q Uerit a doctoꝛibus: q̃re
mũdana glia debeat de/
ſpici et abhominari? Et
dicũt ꝙ ꝓpť ix. Pꝛimo
ratione obcecationis. Nã amãtes
mundi gliam ꝭm pſal. oculos ſuos
ſtatuerũt declinare in terrã. Et idõ
celum nõ aſpiciũt: quia repleti qui
obſcurati ſunt terre ⁊ a fra. vȝ a mũ
dana glia: domibus iniquitatũ. i.
diuerſis generibꝰ peccatoꝝ. Scđo
ratione ingnationis. vȝ oim pecca/

toꝛum ſicut patet in Saule exiſtẽte in glĩa mũdi.j.Reg.ꝑ totũ.Tertio ratione obliuionis.Uñ dñs cõque ritur de hui⁹ mũdi glĩe amatoꝛib⁹ in pſal. dicẽs. Datus ſum obliuiõi vȝ ab eis: tanq̃ moꝛtuus a coꝛde Quarto rõne ꝑditionis:q: amãtes mundi glĩam ambulãt per viã: de qua Math.vij.xp̃s dic̃. Spatioſa eſt via que ducit ad perditionẽ. et mlti igrediũf ꝑ eã.Quĩto occaſiõe vȝ multoꝛ maloꝛ. ſicut Ezechi.xvj ſcriptũ eſt Hec fuit iniq̃tas ſodome ſoꝛoris tue O mundane glĩe ama toꝛes: inquit pꝛopha.ſuperbia ſatu ritas panis abundantia et ocium. Sexto ratiõe inſenſatiõis:q: mũdi gloꝛia facit hoiem inſenſatum de quo Paulus.j.ad Coꝛin.ij.di.Ani malis homo non ꝑcipit ea que dei ſũt. De ꝯſecra.di.ij.Sicut in ſacra mentis.Septimo ratiõe diſtractio nis.Nã mũdi gloꝛia a ſeipo homi nẽ diſtrahit.Hinc grego.ait.Quos multiplex actio occupat: a ſemetip ſis alienos eſſe demonſtrat. Octa uo ratione inebꝛiatiõis. Certe eni mundi amatoꝛes: ſcd̃m ꝑphetam aſcendũt vſq; ad celos. vȝ ꝑ glĩam ⁊ honoꝛẽ:deinde velut ebꝛij deſcen dũt vſq; ad abyſſos vȝ ꝑ multitudi nẽ grauiũ pctõꝝ.Nono ⁊ vltimo ra tiõe infatuatiõis q: fatuus amatoꝛ mũdi glĩe talis eſt ſic̃ Eccl̃.xxxiiij. ca.di.Sic̃ q apprehẽdit vmbrã ⁊ ſe quif ventũ.Uñ dauid.Homo inq̃t cũ in honoꝛe eẽt nõ intellexit q̃s ſcȝ et q̃lis fuerit.Cõparat⁹ eſt iumẽtis ⁊ ſilis factus eſt illis Propter has oẽs igif rationes xp̃s vt paulus in ſcd̃a pte hui⁹ ep̃le di.ſemetipm ex inaniuit foꝛmã ſui accipiẽs in ſimi litudinẽ hoium factus.i.eſt homi nis ſtatũ paſſibilẽ aſſumẽdo.Et ha bitu inuentus vt homo.i.inter ho mines cõuerſando.vel habẽdo ho minẽ quo ſe veſtiuit pſonaliter vni uit.Et ita vt dicit notã expꝛeſſiõis nõ ſimilitudinis.Ubi augu.ait.Eo rũ que accidũt quedã nõ mutanf ⁊ mutãt vt ſapientia: quedã mutanf ⁊ mutãt:vt cibus Quedã nec mutã tur nec mutant vt anulus. Quedã quodãmodo mutantur non tñ mu tãt ſicut veſtis: q̃ lȝ nõ mutaf quã tũ ad naturã:mutaf tñ quãtum ad ſpeciẽ ⁊ dignitatẽ:huiuſmodi fuit in carnatio Sequif:humiliauit ſemet ip̃m:mundi glĩam deſpiciendo:fa ctus obediẽs vſq; ad moꝛtẽ:moꝛteȝ aũt crucis:que eſt moꝛs turpiſſima ſcd̃m illud Sapi.ij. Moꝛte turpiſ ſima cõdemnem⁹ eũ.Uñ Bernar. Diſcamus in nulla leticia huius ſe culi fiduciã eſſe ponendã: ſcientes quia extrema gaudij luct⁹ occupat O igif ſuperbi gloꝛie mũdi zelato res:deponite oculoꝝ extollentiã et hũiliamini ſimul hodie veniã po ſtulando:parcite inimicis q: hodie xp̃s hieruſalẽ veniẽs vt ait Criſoſto. non habet in circuitu ſplẽdẽtes gla diatos aut certe oꝛnamẽta terribili um armatoꝛũ: ſed q̃d ꝯ ramos fron dentes: teſtimonia pacis.

¶ Queſtio tertia de mundane glo rie infectione: vȝ que male infectio nes ſeu pene ſecunf ex mũdi gloꝛia

Q Uerif a doctoꝛib⁹ que in ſectiones et pene ſecunf ex glĩa mũdana? Et dicũt q̃ tres. Pꝛima quarũ di cif tenacitatis:tenet eni mundi glo ria:maxime tp̃e moꝛtis: miſerã ani

mā ne peniteat peccatoꝝ. Et que in
vita mundi gloria occupata nō vi/
dit: i hora mortis excogitare bona
penitētie nō poſſit: q: Eccli .iij. ſcri/
bit. Qui amat periculū peribit in il
lud. Alia dicit tenebroſitatis. Nã
amatores glīe mundi: deducunt in
tenebras inferni. Vñ pſal. ait. Eru
beſcāt impij ꝛ deducant in infernū
Tertia dicit debilitatis qm̄ q amat
mundi glīam neceſſe eſt vt viribus
ſpiritualibꝰ deſtituat. vt illud pſal.
lxviij. dicat. Infixus ſum in limo ꝓ
fundi ꝛ nō eſt ſubſtātia. quaſi dicat.
Infixus per tenacitatē mundi glīe
in limo ꝓfundi p tenebroſitatē eiꝰ:
ꝛ nūc ſic ſū viribus ſpūalibus deſti
tutus vt vere dicā: ꝛ nō eſt ſubſtātia
Que tria dñs nr̄ attēdens deſpexit
gloriā mundi: ꝛ amplexus eſt humi
litatē: ꝓpter ꝙ vt ait aplus in tertia
parte huius epl̄e: et deus exaltauit
illum. i. natura diuina exaltauit hu
manam. Vbi Augu. Vt xp̄s glori/
ficaret reſurrectione ꝛ aſcenſione:
humiliatus eſt prius paſſione. Se/
quit. Et dedit illi nomē. Vbi notā
dū ꝙ xp̄s tria ꝯſecutus eſt ex deſpe
ctione glorie mundi: vꝫ hoīanitatis
exaltationem que ſedet ad dexterā
patris: vꝫ in potioribus bonis. Itē
nominis manifeſtationē: vñ infert
Et donauit illi nomē quod eſt ſup
omne nomē. hoc eſt dicere. Deus
pater ab eterno genuit filiū qui eſt
ſapiētia pr̄is quē oportebat redime
re hominē pditum. ſcd̄m anſelmū.
Hoc pater dedit filio ab eterno ſm
illud Ioh. x. Quod dedit mihi pa/
ter maius oibus eſt. Sed nō inno/
tuit hoibꝰ ſcd̄m nomē niſi poſt paſ/
ſionē qñ dei filius mundi glīam de
ſpiciendo ſaluauerat hominē perdi
tū per humilitatē paſſionis: q: quā
uis vocaret ieſus qui dicit ſaluator
hoc erat ignotū. Et poſt paſſionez
nō ſolū hoc cognouerūt homines
ſed etiā demones. ꝛ iō dicit. Et do
nauit illi nomē qd̄ eſt ſup omne no
mē. ꝛ reliq. Certe angeli homines
ꝛ demones velint nolint ieſum ho/
nore cōfitent. Et ideo in noie ieſu
omne genu flectat. i. ois poteſtas
Et precipit extra de emu. eccli. ca.
decet. li. vj. Itē cōſecutus eſt ieſus
ex deſpectione glorie mūdi glorifi/
cationē. Vñ ſequit. Et ois lingua
cōfiteat quod erit in die iudicij Qr
dñs noſter ieſus xp̄s in glīa eſt dei
patris. O igit amatores glīe mun
di qui audiſtis eius glīe deſcriptio/
nē. deſpectionē: ꝛ infectionē. atten
dite glīam quā xp̄s hodie in hirlm
habuit vt dicit euangeliū Mathei
xxj. deſcriptum quō ſequenti ſexta
feria verſa eſt in ignominiā vt dicit
euāgeliū hodiernū quod de paſſio
ne legit. et Math. xxvj. ſcribit. Et
imitamini paſſionē ſi cupitis acci/
pere glorie reſurrectionē: quā nob
ꝯcedere dignet ſaluator mūdi q de/
ſpexit gloriā et honorē p̄ſentis ſcl̄i:
et poſſidet thronuꝫ celi et regnat in
glīa padiſi p ifinita ſcl̄a ſcl̄oꝝ. Amē

¶ Dñica ſancta reſurrectionis de
xp̄i reſurrectione. Sermo. xx.

E Xpurgate vetus fermentū vt ſitis
noua conſperſio: ſicut
eſtis azimi. Eteni pa/
ſca noſtrū immolatus eſt xp̄s. j. ad
Corin. v. ca. hec verba ſcribuntur.
Pro exordio huius ſermonis hodi

erni in quo dicturi ſumus de reſurrectione dn̄i noſtri ieſu xp̄i de q̄ beatus Augu. in ſermone huius diei dicit. Surrexit xp̄s exultat tot⁹ mūdus. merito a doctoribus querit̄. Utrū fuerit ɔueniēs xp̄i reſurrectionē hominibus per angelos innoteſcere? Et dicunt ꝙ ſic. Nā ap̄ls ad Ro. xiij. di. Que a deo ſunt ordinata ſunt. Eſt aūt hic ordo diuinitus datus vt ea que ſupra hoīes ſunt hominibus per angelos reuelent̄ Ut patet ꝑ dyoniſiū ca. iiij. de angelica ierarchia. Chriſtus autē reſurgens a mortuis nō rediijt ad vitā cōmuniter hoib⁹ notā ſʒ ad vitā quādam immortalē ⁊ deo cōformē Uñ Pau. ad Ro. v. dicit. Quod aūt viuit viuit deo. Et iō ip̄a xp̄i reſurrexero, non debuit imediate ab hominibus videri: ſed per angelos ip̄is nutriri. Et iō ap̄lus in ꝑncipio huius ep̄le di. Expurgate. i. extra vos abijcite: vetus fermentū. i. infidelitatē. Nā fermentū in ſcriptura deſignat corruptionē peccati. Et infidelitas dicit̄ vetus fermentū: q: infidelitas primi hominis corrupit penaliter totā maſſam humani generis. Ut ſitis noua cōſperſio. i. noua farina alba per aquā gratie conglutinata ⁊ ab omni fermento. i. corruptione peccati maxime infidelitatis deputata. Et hoc ſicut eſtis. i. ſicut eſſe debetis. azimi. i. ſine pctō puta infidelitatis ad credendū angelis ſanctā reſurrectionē. In hac igit̄ ep̄la de ip̄a ſancta reſurrectione tres vtiles querunt̄ q̄ones. Prima eſt de reſurrectiōis xp̄i approbatione ⁊ manifeſtatione: vʒ An debuerit oibus manifeſtari: ⁊ q̄bus fuit approbata ⁊ manifeſtata. in principio. Alia eſt de reſurrectione xp̄i ꝑmitate et diſpoſitione: vʒ An ip̄e ſit ꝑmitie dormientiū. ibi. Etenim paſca noſtruʒ immolatus eſt xp̄s. Tertia eſt de reſurrectionis xp̄i fructificatione: vʒ Quot fructus attulit ei⁹ ſcā reſurrectio: ibi. Itaqʒ.

¶ Prima queſtio de reſurrectiōis xp̄i approbatōe ⁊ manifeſtatiōe vʒ an debuerit oibus manifeſtari: et q̄bus fuit approbata et manifeſtata.

Querit̄ a doctoribus an reſurrectio xp̄i debuerit oibus manifeſtari Quia cū aug. ſuꝑ ioan. dicat. Claritas reſurrectōis eſt premiū humilitatis paſſiōis: ſic paſſio ita ⁊ reſurrectio oibus debuit eſſe manifeſta. Et dicūt ꝙ eoꝝ q̄ cognoſcunt̄ quedā cognoſcunt̄ naturali lumīe intellect⁹ quedā cognoſcunt̄ ſuꝑnaturali lumine infuſo diuinit⁹. quoꝝ q̄dē vt Dioni. dic̄ in lib⁹ de angelica ierachia. hec eſt lex diuinit⁹ inſtituta vt a deo imediate ſupioribus reuelent̄: quibus mediātibus deferant̄ ad inferiores. Ea v̄o que ꝑtinēt ad futurā gl'iam cōmnē hoīum cognitionē excedunt. ꝑm illud Eſa. lxiiij. Oculus nō vidit deus abſqʒ te que ꝑparaſti diligentib⁹ te. Et ideo talia ab hoibus niſi reuelata non cognoſcunt̄. ſicut ap̄ls. j. ad Cor. ij. dicit. Nobis reuelauit deus per ſpm̄ ſuū. Qua ergo xp̄s reſurrectōe gl'ioſa reſurrexit. ideo eius reſurrectio nō omni pp̄lo manifeſtata eſt. ſed q̄buſdā quorū teſtimoniū deferretur in aliorū noticiā. Hinc math. x ſcriptū eſt. Quē deus ſuſcitauit tertia die ⁊ dedit eū manifeſtū fieri nō

omni pplo: ſed teſtibus pordinatis Sed ſi qs quereret Quibus teſtib⁹ ipſa ſcã reſurrectio fuerit a pbata ⁊ manifeſtata? Reſpondet ꝙ multis apparitiõibus: ⁊ angelicis reuelationibus. Primo eni apparuit xp̃s marie magdalene. Joh. xx. et mar. vltio. Scdo alijs ſcis mulierib⁹ qñ in via ſalutauit eas Math. vltio. Tertio petro: luce xxiiij. Quarto duob⁹ diſcipulis eũtib⁹ in caſtellũ. Luce vltio Quinto oibus diſciplis ſil' in cenaculo abſente thoma Jo. xx. Et has apparitões quinq3 hoc ſcõ die dñs fecit. Sexto octa. die diſcipulis ⁊ thome ſil'. Jo. xx. Septimo vndecim diſcipulis in galilea in mõte thabor vbi cõſtituerat illis dñs: quib⁹ dixit. Data eſt mihi ois poteſtas in celo et in terra. Euntes docete oẽs gentes. et reliq̃. Math. vltio. Octauo vndecim diſcipulis recũbentibus Math. vltio. Nono oib⁹ diſciplis i mõte oliueti Math. et luce vltio. Decimo quingentis fratribus. ad gala. j. Undecimo glorioſe virgini. vt dicit grego. et pmo oium: quãuis euãgeliſte hoc nõ ſcripſerũt: ne viderent matrẽ in filij gloriam in teſtimoniũ duxiſſe. Quod btẽ virgini primo apparuit btũs bern. pbat: tũ qr digniori. tũ qr feruẽtiori. tũ qr intimiori. Sed nũqd btã vgo ex tali viſiõe magnũ gaudiũ habuit? Dicũt doctores ꝙ ſic: plurib⁹ ratiõib⁹. Tũ qr cernebat filiũ ãguſtias oẽs et penas vite pñtis terminaſſe. qd parentes filijs debent optare. Tum quia videbat eũ ſtola btitudinis pfecte btm̃. Tũ qr aſpiciebat multitudinẽ ſcõꝝ patrũ de profundis a ſuo filio eſſe liberatam. Tũ quia audiebat ab ipſis q̃ geſta ſunt per filium apud inferos. Tũ quia intelligebat poteſtatẽ magnã a deo patre filio datã ob quod dixerat Data eſt mihi ois poteſtas in celo ⁊ in terra. Tũ qr reſurrectõe filij ſpes certa dabat ſibi ⁊ oibus reſurgendi. Tũ quia filius potentiſſime operabat ſe manifeſtando primũ ſurgentẽ ex mortuis. Tũ qr pſidi iudei ↄfũdebant. Tũ qr diſcipli tali reſurrectiõe in fide cõfirmabãt ppter hec ergo et alia nimis gaudebat virgo maria. Sed iã ad incepta reuertamur. Ultio reſurrectio xp̃i probat teſtimonio angeloꝝ. q ſunt in gartia confirmati ⁊ nõ poſſunt de falſitate notari. Nam vnus intra ſepulchrũ alius extra vt Mathei vltio d̃ mulierib⁹ apparuerũt Et magdalene vnus ad caput: ali⁹ ad pedes ſepulchri exiſtentes chriſtum reſurrexiſſe a mortuis atteſtatione affirmauerunt. O igitur glorioſa reſurrectio chriſti quantis apparitionibus et teſtimonijs es conpbata et manifeſtata: que tñ omnibus vt ſupernaturalis non es reuelata. Sed de his ſatis.

¶ Queſtio. ij. de reſurrectiõis xp̃i primitate et diſpoſitione. vz an ipe ſit primitie dormientium.

q Ueritur a doctoribus an xp̃s fuerit primus: qui a morte ſurrexerit: cũ multi legant in veteri teſtamẽto a mortuis reſurrexiſſe. vñ paulus ad hebre. xj. dicit. Acceperũt mulieres de reſurrectiõe mortuos ſuos Et dicũt ꝙ xp̃s fuit primus reſurgentiũ reſurrectõe pfecta: ſurgẽdo vz amplius nõ moriturus. Sed illõ

aplī ad ro.vj. Chriſtus reſurgēs ex mortuis: iam nō morit: mors illi vltra nō dñabit: ad quē ſenſuʒ loquit ipſe paulus.j. ad Corin.xv.dicēs. Chriſtus reſurrexit a mortuis pmitie dormientiū. Alij vo qui an inveteri teſtamēto ſurrexerūt: vel quos ipſe ſuſcitauit vel qui cū eo die dñico de ſepulchris exierūt: qui dicunt ſurrexiſſe die veneris per anticipationem. iterū mortui ſuſcitati ſunt vt cōmuniter doctores tenēt. Concor.alex.z Bonauē.in.iij.z.ſ.tho. in iij.parte.q.liij.ar.iij. Et hoc apte probat Aug.in quadā epla ad euodiū. Sʒ dubitat qre nō expectauit vltimā reſurrectionē. Et dicunt doctores: q ppter multa. Primo propter fidei firmitatē. vñ Paulus.j. ad cor.xv. Si xpus non ſurrexiſſet nulla eſſet fides nra. Scdo ppter corporis ei9 dignitatē. Scriptū eni erat i pſal. Nō dabis ſctm tuū vidē corruptionē. Tertio ppter noſtrā exēplaritatē. Hinc paul9 vbi ſ. Si xpus reſurrexit z nos reſurgemus Ubi greg. Exemplo dñs mōſtrauit qd promiſit in pmio. Quarto propter vite nre nouitatē. vñ paul9 ad Ro.iiij.dic. Sicut xpus reſurrexit a mortuis per gliam patris.ita nos in nouitate vite ambulem9. Quinto ppter nre iuſticie claritatē. Hinc ad ro.iiij. Traditus eſt propter delicta noſtra: et reſurrexit propter iuſtificationes nras. Sexto propter ſuā poteſtatē. vñ Jo.x.dixit. Poteſtatē habeo ponēdi aiam meaʒ: et iterū ſumendi eā. Sed quis dubitaret. quare ergo ſtatim poſt mortem nō reſurrexit? Et dicūt doctores q propter multas ratiōes. Primo ppter ſignificationē. vñ glo.ſup illō luce.xxiiij. Oportebat xpm pati et reſurgere a mortuis tertia die: ſic dicit Merito vno die z duab9 noctibus xpus in ſepulchro iacuit: quia lucē ſiue gratiā ſue mortis que tm i carne erat: tenebris noſtre duple mortis que in carne z in aia erant oppoſuit. Et hoc ad ſignificanduʒ q lux ſue mortis duplā noſtrā mortem curauit. Scdo ppter probationē q: Math.viij.ſcriptū ē. In ore duorū vel triū teſtiū ſtat oē verbū. Tertio prpter oſtenſionē. vñ glo. ſuper illud.j.ad Cor.xv. Qm xpus mortuus eſt: dicit. Ideo de morte pmittit: vt ſicut vera mors oſtenditur: ita vera reſurrectio oſtendatur Quarto ppter pfectionē ſ. numeri ternarij: qui habet principiū: medium et finē: vt dicit in primo celi. Quinto ppter inchoationē vʒ tertij tpis. vnde Aug.iiij.de trini.dicit Quod per xpi reſurrectionē tertiū tpus incepit. Nā primū fuit an lege. Scdm ſub lege. Tertiū poſt legem vʒ ſub gra. Sexto ppter deſignationē ſ. ſtatus ſanctorū. quia primus ſtatus eorū fuit ſub ſignis. Alius ſub veritate fidei: tertius in eternitate glie. Concor. alex.z ſcus tho.vbi ſ. z hec in pñtiarz ſufficiāt

¶ Queſtio.iij. de reſurrectiōis xpi fructificatione vʒ quot fructus attulit eius ſancta reſurrectio.

Querit a doctorib9 quot fructus attulit ſctā reſurrectio xpi? Et dicūt q.xij Primus quorū dr certificatiōis: nā ex ipſa ſctā reſurrectiōe certificati ſunt diſcapuli de ſua diuiniiate: z cū prius intra ſe diſputā

tẽs dubitaſſẽt:ipſo apparente adeo in fide reſurrectionis ſolidi effecti ſunt vt dicerent. Surrexit dñs vere et apparuit ſymoni. vt Luce vltio ſcriptũ eſt. Scd̃us dr letificatiõis vñ Jo.xx.ſcriptũ eſt Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño. Tertius dr pacificationis. Nã pacẽ poſuit hoium inter ſe oẽs ad cultũ vnũ dei deducẽdo.pacẽ poſuit inter angelum ⁊ hominẽ ruinas celi reſtaurãdo. Et q̇ maius eſt pacẽ poſuit iter deũ ⁊ hominẽ diuine maieſtati ꝓ ipſo hoie ſatiſfaciendo. Hinc vt habetur Jo. xx. ter diſcipulis dixit. Pax vobis. Quartus dr cõfortationis. Quia cõſternatis diſcipulis: vt ſcribitur Math. et Luce vltio. dixit. pax vobis: ego ſum nolite timere. Quintus dr ſalutatiõis. naʒ mulieribus in via dixit. Auete: mathei vltio: in quo eis ſalutẽ ꝓcurare declarauit. Sextus dr illuminatiõis: quia diſcipulis apparuit et illuminauit intellectũ: vt intelligerent ſcripturas. vt ſcribit Luce vltio. qd̃ fuit ſingulare donum. Septimus fuit diſpoſitionis ⁊ remiſſionis: nã vt Jo. xx. ſcriptum eſt. inſufflãdo aplis ſpiritum ſcm̃ diſpoſitiue dedit: et remittẽdo eis pctã: vt alijs remittere poſſent large donauit. Octauus dr familiaris cõuerſationis: quia ſe palpãdũ diſcipulis prebuit: dicens Luce vltio. Uidete manus meas ⁊ reliq̃. Nonus dr declarationis: quia ſe eſſe verũ deũ declarauit qñ in mõte thabor euʒ diſcipuli adorauerũt. ſicut math. vltio ponit. Decimus dicit reſeruatõis: vʒ ſui dominij: q: in eodẽ loco vbi ſupra dixit. Data eſt mihi omis poteſtas in celo ⁊ in terra. Undecimus dicit iuſtitutionis vʒ ſacramẽtorũ que inſtituit: vt habet math. vltio. Duodecim⁹ et vltimus dicit cõtinue gubernatõis quia math. vltio ſcriptũ eſt. Ecce ego vobiſcũ ſum vſq3 ad ↄſũmationem ſeculi. Ecce igit quot fructus ſequunt ex ſciſſima reſurrectione q̇ vt dictũ eſt per angelos hoibus nũciata eſt. quã xp̃s tot apparitiõib⁹ ap̱bauit: qui fuit primus reſurgẽtiũ. Jp̃m ergo dñm noſtrum ieſum chriſtũ humiliter depꝛcemur vt nos tanta feſtiuitate gaudentes: ad ſuũ faciat ꝓuenire cõſortiũ. Qui cũ pr̃e et ſpũ ſancto viuit et regnat in ſecula ſeculorũ. Amen. Qui vt dictũ eſt imolatus eſt pro ſalute noſtra: ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificatões noſtras Et ideo nõ epulemur hodie in fermẽto veteri ſ. pcti. neq3 in fermẽto malicie ⁊ nequicie. ſed in azimis ſinceritatis ↄſciẽtie ⁊ veritatis iuſticie

¶ Dominica prima poſt paſca de fide. Sermo. xxj.

**Omne quod** natuʒ eſt ex deo: vincit mũdum. Prime Jo. v. hec ỽba ſcribunt. Pro exordio p̃ntis ſermõis a doctorib⁹ querit Utrũ pro veritate fidei caſu interueniẽte teneat xp̃anus vincere tormenta mundi vſq3 ad mortẽ? Et dicũt Nico. de lyra. et ſcũs tho. 2ª 2ᵉ. q. cxxiiij. ar. v. Primo: q: ad fidei veritatẽ nõ tm̃ ꝑtinet ipſa credulitas cordis ſed etiã exterior proteſtatio: que quidem nõ fit tm̃ per verba quibus aliquis cõfitet per fideʒ ſed etiã per facta: quibus aliquis fidem ſe habere oñdit. Hinc Jaco. ij

di. Ego oſtendã tibi ex opibus fidem meã. nã prauí confitent̃ ſe noſſe deũ: factis aũt negãt: vt ait aplꝰs ad Titũ. j. cap̃. Et ideo oĩa virtutũ opa ſm ꝙ referunt̃ in deũ ſunt q̃dã ꝓteſtatiões fidei: per que nobis innoteſcit: ꝙ deus hmõĩ opa a nobis requirit: ⁊ nos pro eis remunerat. Scdo quia ad hebreos. xj. dicit Sãcti per fidẽ vicer̃t regna. Et math. v. ca. Beati q pſecutionẽ patiunt̃ propter iuſticiam. xxiij. q. v. ad fidẽ Tertio quia Jo. in hac epl'a dicit. Omne qd natum eſt ex deo vincit mundũ. ❡ In hac igit̃ epl'a pro eiꝰ expoſitionẽ ſunt tres ꝯcluſiões declarande. Prima quarũ eſt de fidei potentialitate. Utrũ vꝫ aliqua virtus ſit potentior formata fide? Alia eſt de fidei nobilitate. Utrũ vꝫ aliqua virtus ſit nobilior formata fide? ibi. qs eſt aũt. Tertia eſt de fidei imutabilitate ⁊ vtilitate. Utrũ vꝫ aliqua virtus ſit imutabilior et vtilior formata fide? ibi. ⁊ ſpũs eſt.

❡ Queſtio prima preſentis ſermonis. Utrum videlicet ſit aliqua virtus potentior fide formata?

Querit̃ a doctoribus circa primã partẽ epl'e Utrum vꝫ ſit aliqua virtus potentior formata fide? Et dicunt doctores ꝙ nõ. Primo quia fides formata vincit mũdi maliciã quã ipſe apl's ioħ. j. ca. ij. deſcribit dicens. Omne qd eſt in mũdo: aut eſt cõcupiſcẽtia carnis: aut cõcupiſcentia oculoꝝ: aut ſupbia vite. Et ecce hãc totã maliciã vincit formata fides: que fideles facit caſtos corpore: pauperes bonis fortune: humiles pios et benignos mẽte. Secũdo q: fides formata vincit mũdi maliciã: de qua idẽ aplꝰs. v. ca. dicit. Totus mundus in maligno poſitus eſt. qm̃ vt ſcribit̃ ad hebre. xj. Sancti per fidẽ vicerunt regna: operati ſunt iuſticiã: adepti ſunt rẽ promiſſiões. vꝫ dei nõ mundi quas ꝓmitit et decipit. Tertio fides formata vincit mũdi perfidiã: vꝫ hereticoꝝ gentiliũ: et iudeoꝝ. vñ apl's ioħ. ait. Omne qd natũ eſt ex deo vincit mundũ per fidẽ et charitatẽ: in ſacramẽto baptiſſimi pmo: et deinde in ſacramẽto penitẽtie vincit mundũ: et hec eſt victoria. vꝫ victorialis virtꝰ: que vincit mundũ: mõ quo dictum eſt: fides noſtra.

❡ Queſtio ſecũda preſentis ſermonis. Utrum videlicet ſit aliqua virtus nobilior fide formata.

Querit̃ a doctoribus circa ſcdam partẽ epl'e. Utrũ ſit aliqua virtus nobilior formata fide? et dicũt ꝙ nõ. Primo ratione obiectualis aſſignationis. Nã habitus virtuoſus ſuã nobilitatẽ trahit ex obiecto: obiectũ aũt fidei ẽ nobiliſſimũ. ſ. xp̃s integer verus deus et hõ. Oẽs eni articuli fidei ſm Rich. ſunt quedã ꝟitates indiuiduales de xp̃i diuinitate et humanitate. Diuinitas aũt xp̃i vna eſt et indiuiſibilis cum pre et ſpũ ſancto a quibus tribus perſonis ſunt effectus ſupnaturales. vꝫ totius creature plaſmatio. eccleſie ſcificatio: fideliũ cõmunio ⁊ in fine carnis ſuſcitatio: electoꝝ glorificatio: dampnatoꝝ reprobatio. Chriſtus eni ſm humanitatẽ cõceptus eſt de ſpiritu ſancto: Natus ex marie virgine. Crucifixus mortuus ⁊

ſepultus. Deſcēdit ad inferos: ſm aiam. Tertia die reſurrexit a mortuis ſm corpus: et totū cōiunctum aſcendit in celū. Inde venturus eſt ad iudiciū Iſti ſūt ergo. xiiij. articuli. vij. pertinētes ad diuitatē: ⁊. vij. pertinentes ad humanitatem: que oia in aploꝝ ſimbolo plene cōtinēt quorū noticiā oēs habere tenent: Licet nō equaliter quibus patet obiectū fidei nobiliſſimū: et ipſa virtꝰ nobiliſſima. Scdo rōe allegatōis Unde Chriſo. in tractatu de ſimbolo ait. Fides religiōis catholice lumē eſt aīe: hoſtiū vite: fundamētum ſalutis eterne. Tertio ratiōe declaratiōs: vnde ait aplus ioh. declarans que dixerat. Quis eſt qui vincit mūdū: niſi q credit: qm̄ ieſus eſt filius dei. vz naturalis. Hic eſt q venit per aquam et ſanguinē: nō in aqua ſolū. vz baptiſmi: ſed in aqua et ſanguine: quia ſacramēta a ſanguinis xp̄i fide habuerūt efficatiā. Unde Apoca. j. dicit. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine: extra de ſacra. vnc. ca. vno. §. Quia.

¶ Queſtio tertia p̄ſentis ſermonis Utrū vz ſit aliqua virtus certior et vtilior fide catholica.

Q Uerit a doctoribus circa tertiā partē epl'e. Utrū ſit aliqua virtus certior ⁊ vtilior fide catholica. Et dicunt ꝙ nō. Quia vt ait aplus. Spiritus eſt qui teſtificat qm̄ xp̄s eſt veritas. i. verus deus: ⁊ verus hō. Qd oſtendit Primo ratione diuinitatis. Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in celo. vz beatis ſpiritibꝰ p̄: in baptiſmo. Luce. iij. Et in trāſfiguratione Math. xvij. dicēs Hic eſt filius meus dilectus. Et in paſſione. Joh. xij. di. Clarificaui: ⁊ iterū clarificabo: verbū de virgine naſcēdo. morbos curando. demones fugando: panes multiplicādo: mortuos ſuſcitādo: ventis imperando Sup aquas ambulādo: mare tranquillādo: moriens clamando. Signa multa tūc monſtrādo. A morte reſurgēdo. Spūs ſanctus ſup eum deſcendēdo. aplos illuminādo: et cōfortando. Scdo ratione humanitatis. Qm̄ tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. vz creaturis corporalibus diſtantibus a ſpiritibus ſolū: ſicut celū a terra. vl' in terra. i. hūanitate. ſpūs vel aia xp̄i dicēdo ꝙ habuit corpus rationale anīa īformatū. Aq̄: dicēdo ꝙ habuit corpus mixtū. Nā licet inno. iij. dimiſerit ſub dubio de cele. miſſe. ca. In quodā. Utrū aqua que exiuit de latere xp̄i fuerit miraculoſe ꝑducta: vel a cōponentibus reſoluta: tamē videt verius ad probandū veritatem corpis: ꝙ fuerit reſoluta a componentibus: nō per corruptionem vt quidā putauerūt: ſed miraculoſe et nō de nihilo: ſanguis: oſtendens corpus viuū. Si teſtimoniū hoīum accipimus. Quia in ore duorū vel triū ſtat omne teſtimoniū. Math. xviij. xxv. q. vj. Sub iſto die. De teſtibus. lz. de teſtamentis. cū oēs Teſtimoniū dei maius eſt: qm̄ hoc eſt teſtimoniū dei quod maius eſt qr teſtatus eſt de filio ſuo. Tertio ratione vtilitatis: quia qui credit in filium dei habet teſtimoniū dei in ſe i. gratiā ſpiritus ſcti. Unde Jo. xj. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet: Et ſicut dicit euāgeliū

hodiernũ. Jo.xx.deſcriptũ. Euangelia ſcripta ſunt vt credamus hec et credentes vitam habeamus.

¶ Dominica ſecunda poſt paſca de imitatione chriſti. Sermo.xxij.

**Chriſtus ꝓ** nobis paſſus eſt: vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia ei⁹.j. Petri.ij. hec verba ſcribunt. Pro exordio pñtis ſermonis querit a doctorib⁹ Utrũ teneamur imitari xp̃m propter eius paſſionẽ? Et dicũt alex.de ales in.iij.parte ⁊ ſ.tho.in.iij.parte.q.xlix.ar.j.ij.⁊.iij ꝙ ſic. Primo ratiõe pcti liberationis. Uñ apoc.j.dilexit nos: ⁊ lauit nos a pctis noſtris in ſanguine ſuo Scdo ratione diaboli expulſionis quia per ſuã paſſionẽ diabolus eſt a poteſtate hoim eiectus Unde io.xij.tempore paſſionis dixit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Tertio ratione recõciliatiõis Unde ad ro.v. Cũ inimici eſſemus reconciliati ſumus per mortẽ filij eius. Hinc aplꝰs Pe.ait. Chriſtus pro nobis paſſus eſt. ¶ In qua epl'a pro eius expoſitiõe tres queſtiões declarande ſunt. Prima quarũ eſt de obiecti imitatiõis deſignatiõe. Utrũ vz xp̃us ſit a nobis imitãdus Alia eſt de rerũ imitatiõis enumeratione. In quibus vz debeamus imitari xp̃m. ibi: qui pctm̃ nõ fecit. Tertia eſt de imitatiõis fructificatione. Quot vz fructus prouenian t ex tali imitatione. ibi: eratis eni ſicut oues errantes.

¶ Queſtio prima pñtis ſermonis. Utrũ vz xp̃s ſit a nobis imitãdus?

Querit a doctoribus circa primã partẽ epl'e. Utrum xp̃us ſit a nobis imitandus? Et dicunt doctores quod ſic: quia vt ait aplꝰs ephe.j. Deus dedit ipſum caput ſup oẽm eccl'iam. Dicit eni xp̃s caput toti⁹ eccleſie: ad ſimilitudinẽ capitis corporis humani: vt ait Alex. de ales in.ij.pte et tho.in.iij. parte. q. viij. ar.j. Primo ratiõe locatiõis: quia ſicut caput in corpore primũ habet locũ: ita xp̃s primũ apud deũ locũ tenet. Hinc paulus ad ro.viij.dicit. Quos p̃ſciuit: hos et predeſtinauit cõformes fieri imagini filij eius: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Scdo ratiõe perfectionis: quantũ ad plenitudinẽ gratiarum. ƀm illud io.j. Plenũ gr̃e ⁊ veritatis Tertio ratione cõicationis. videlicet earũ gratiarũ in oĩa mẽbra.i. in oẽs nos? quia ƀm Jo.j.cap. De plenitudine eius oẽs accepimus: ⁊ quia mẽbra debent caput imitari. Ideo aplꝰs pe.ait. Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt: vobis relinquẽs exẽplum vt ſequamini veſtigia eius.

Queſtio ſcda pñtis ſermonis in quibus vz xp̃s ſit a nobis imitãdus

Querit a doctoribus circa ſecundã partẽ epl'e: In q̄bus xp̃us ſit a nobis imitandus? Et dicit nico.de lira. Qꝺ licz xp̃s ſit a nobis imitandus in multis: tñ ſpecialiter in iſtis que tãgunt in ſcda parte epl'e. Primo. ſ.in iuſticia et pcti imunitate. Uñ ait: Qui pctm̃ nõ fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius. xlv.di. Ep̃m. De pe.di.ij. Si eni inqt. Secundo in patiẽtia et humilitate. vñ

ait.Qui cũ malediceret: nõ maledicebat: cũ pateret nõ cõminabatur. Ubi notanter dicit nico.de lira. ꝙ nr̃a patiẽtia nõ debet eẽ iproperatiua. vñ dicit: Cũ malediceret non maledicebat. Ubi glo. Chriſtꝰ nõ improperabat iudeis mala que in eis erant. Itẽ nõ debet eſſe cõminatiua. Unde ait: cũ pateret nõ cõminabat. Nã vt dicit eccl'.iij. Uſqꝫ ad tempus ſuſtinebit patiẽs: et poſtea erit redditio iocunditatis. Tertio in charitatis dilectiõe: que dilectio Primo fuit liberalis. vñ ait: Tradebat autẽ iudicanti ſe iniuſte. Secundo fuit viſceralis. ideo ait: qui pctã noſtra ipe pertulit in corpore ſuo. Tertio fuit exemplaris: quia dicit: ſup lignũ. Quarto fuit virtualis: quia dicit: liuore eius ſanati ſumus. Sed de his ſatis.

Queſtio.iij. pñtis ſermõis: quot vꝫ fructus pueniũt ex xp̃i imitatõe

q Uerit a doctoribus circa tertiam partẽ ep'le. Quot fructus proueniunt ex xp̃i imitatiõe. Et dicit nico. de lira ꝙ mlti. Sed in hac ep'la tres tantumodo ponunt. Primꝰ quorum dicit errantiũ cõuerſio. vñ ait: Eratis eni ſicut oues errãtes. Nã vna errante in aqua: oẽs alie vadũt Sed conuerſi eſtis. vꝫ gratia xp̃i: Quia io.x.di. Illas oportet me adducere. ꝺ pe. di.iiij.§. Hãc ſocietatẽ Alius fructus dicit ſpũalis nutritio. Quia dicit ad paſtorẽ: de quo Jo.x.dicit. Paſtor bonꝰ ponit animã ſuã pro ouibus ſuis.xxiiij.q.iiij. tres. Tertius fructus di vicioꝛum correptio Unde ait: ad ep̃m animarum veſtrarũ. Epiſcopus eni grece d: ſupintẽdẽs. Dicit eni ab epi: quod eſt ſupra: et ſcopos: quod eſt intendẽs ad correptionẽ. Uñ apl'us ad thi.iiij. Argue: obſecra: increpa Et hoc in ſc'da ep'la.xlv.di.cap̃. Cũ beatꝰ. Ergo imitemur xp̃m paſtorem bonũ. vt dicit euãgeliũ hodiernum: Jo.x.deſcriptũ. Qui pro nobis mortuus eſt: ⁊ eſt caput eccl'ie: vt hos fructus habeamus: et cũ ipſo in eternũ viuamus. Quia ambroſi. in quodã ſermone dicit. Oĩa habemus in xp̃o: et oĩa in nobis xp̃us. Si a vulnere curari deſideras: medicus eſt: ſi febribus eſtuas: fons eſt ſi grauaris iniquitate: iuſticia eſt ſi indiges auxilio: virtus eſt. ſi mortem times: vita eſt. ſi tenebras fugis: lux eſt. ſi celũ deſideras: via eſt ſi cibum queris: alimentũ eſt. Hec ille. Qui cũ chriſto viuit in eternũ

¶ Dominica.iij.poſt paſca de ſtatu huius mundi. Sermo.xxiij.

O Bſecro vos tanquã aduenas et peregrinos.j. Petri.ij.ca. hec verba ſcribuntur. Pro exordio pñtis ſermõis a doctoribus querit. Utrũ ſtatus huiꝰ mũdi ſit multũ periculoſus? Et ad hoc di. Aug.x.cõfeſſionũ O amatores mundi cuius rei gr̃a militatis: maior eſſe nõ poteſt ſpes veſtra in mũdo: qꝫ vt amici mũdi ſitis. Ibi quidẽ niſi fragile plenũ periculis. pereunt hec oĩa: dimittamus hec vana ⁊ inania ⁊ cõferamus nos ad ſolaꝫ inquiſitionẽ eorum que finẽ nõ habent: vita hec miſera eſt: mors incerta ſubito obrepit. Et Bern. in quodam ſermone. Mũdus eſt vbi ma

litie plurimũ: vbi ſapiẽtie modicũ: vbi omnia ſunt vicioſa: oia lubrica: omnia operta tenebris: et obſeſſa laqueis: vbi periclitanť anime: affligunť corpora: vbi oĩa vanitas et afflictio ſpũs. Et idẽ dicit. Periculũ huius mundi probat tranſeuntium raritas: pereuntiũ multitudo In mari marſilie de quatuor nauibus perit vna. In mari huius mũdi de quattuor animab⁹ vix euadit vna. Et ideo apl's petrus paſtor eccleſie dicit ouib⁹ ſuis. Obſecro vos tanq̃ʒ aduenas et pegrinos vʒ mũdi huius. ❡ In qua quidẽ expoſitione tres q̃ſtiones declarande ſunt Prima eſt de huius mundi generali conuerſatione: quõ vʒ hoies debeant ꝯuerſari in mundo. Alia eſt de huius mũdi ſpeciali iſtructione. Utrum vʒ chriſtiani ſint magis inſtruẽdi ad humilitatis ſubiectionem q̃ʒ ad prelationẽ. ibi. Subditi igiť eſtote. Tertia eſt de huius mũdi ſubiectiõis fructificatiõe. Utruʒ vʒ hoies cõſequãť fructus ſeruiendo ſuperioribus. ibi. Serui.

❡ Queſtio prima preſentis ſermonis quomodo videlicet homines debent conuerſari in hoc mundo.

Queriť a doctoribus circa primã partem epl'e. Quõ hoies debent ꝯuerſari in mundo? Et dicunt ꝙ iuſte ꝛ ſancte Primo propter mali remotionẽ. Unde dicit petrus apl'us Obſecro vos tanq̃ʒ aduenas ꝛ pegrinos abſtinere vos a carnalibus deſi. que.mi. aduerſus aiam. Ubi Nico de lira dicit. ꝙ ad expellẽda carnalia deſideria chriſtianos tria inducũt. Primo apl'i humilis obſecratio: cũ dicit. obſecro vos. Nã cũ eſſet apl's ꝛ pcipere poſſet per ſacra rogabat: quia Ambroſius dicit Plus prodeſt amica correctio: q̃ʒ accuſatio turbulenta. illa pudorem ingerit: iſta indignationẽ. Scđo vite pñtis peregrinatio. Unde dicit: tanq̃ʒ aduenas ꝛ peregrinos: ga ad hebreos. xiij. paulus ait. Nõ habem⁹ hic manẽtẽ ciuitatẽ. Tertio malicie perditio. vñ dicit. Abſtinete vos a carnalibus deſiderijs que militant aduerſus aiam. Uñ ſapi. Ecci. xix. dicit. Uinũ et mulieres apoſtatare faciũt ſapiẽtes. Scđo ꝑncipaliter hoies debẽt iuſte ꝛ ſctẽ conuerſari in mundo: ꝑpter honeſtam conuerſationẽ. Unde ſequitur in epl'a. Cõuerſationẽ veſtrã inter gentes habẽtes bonã. Quia vt dicit apl'us. j. cor. iiij. Spectaculum facti ſum⁹ mũdo. extra de elec. cũ in cũctis. Tertio ꝑpť emulorꝫ detractationẽ. vñ ſeqť: vt in eo q̃d detractant de vobis tanq̃ʒ de malefactorib⁹. Nã malus homo de malo theſauro cordis ſui ꝓfert mala. mathei. xij. Quarto ꝑpter premij expectationẽ. Unde ſequiť. Ex bonis operibus vos cõſiderantes glorificent deũ in die viſitatiõis: vʒ iudicij Quia tunc praui de iuſtis dicẽt. Ecce quõ cõputati ſunt inter filios dei

❡ Queſtio. ij. preſentis ſermonis. Utrum videlicet chriſtiani ſint inſtruẽdi magis ad humilitatis ſubiectionem q̃ʒ ad prelationem?

Queriť a doctoribus circa ſcđam partẽ epl'e Utrum chriſtiani ſint inſtruendi magis ad hũilitatis ſubiectionẽ q̃ʒ ad prelationẽ? Et dicit

Nico. de lira: ꝙ ſtatus ſubditorū ſecurior eſt ꝓpter tria. Primo quia nō eſt ita diſtractus ſicut ſtatus prelatorū. Scđo quia nō ita ruine proximus. Tertio q: ſtatus ꝑlatoꝝ nō eſt ita humilis ſaltē quo ad apparētiā. Unde apl'ſ petr⁹ ait. Subiecti eſtote omni humane creature. i. oī hoi in poteſtate conſtituto: propter deū. Quia vt ait apl's Ro. xiij. ca. Non eſt poteſtas niſi a deo. xxij. q. j. §. Sed ſciendum. Quia. xxiij. q. j Quid culpat: ꝛ ibidē dic̄ apl's Oīs poteſtas a dño deo eſt. Primo ad bonorū ordinationē Hinc apl's addit Qui poteſtati reſiſtit dei ordinatiōi reſiſtit. xj. q. iij. Qui reſiſtit. Secūdo ad vitiorū punitionē. Quia vt dicit ad gal. iij. Lex ꝓpter trangreſſores poſita eſt. Tertio ad virtutū cōſeruationē. vñ phs. ij. Ethicoꝝ dicit. Intētio legiſlatoris eſt aſſuefacere ciues ſuos ad bonū. Hic petr⁹ addit. Siue regi q̄ſi ꝑcellenti. vꝫ in poteſtate. Siue ducibus tanq̄ ab eo miſſis ad vidinctā malefactorū: laudē ꝟo bonorū: q: ſic eſt volūtas dei vt bñfacientes. vꝫ in ipſa ſubiectiōe obmuteſcere faciatis iprudentiū hoim ignorantiā: q dicūt: ꝙ fides chriſtiana remp. deſtruxit: peccata nō punit: bonos non extollit: poteſtates excludit. Quaſi liberi vꝫ eſtis: ſed nō ſicut in ſtatu innocētie et glorie. Et ideo dicit: quaſi. quia in hoc mundo deus ordinauit poteſtates: non tamē quaſi velamen habentis malicie libertatem vꝫ ad male agendū. Sed ſicut ſerui dei. Oēs honorate: fraternitatē diligite: deū timete: regē honorificate.

¶ Queſtio. iij. preſentis ſermonis Utrū vꝫ chriſtiani ex tali ſubiectione conſequantur fructum?

Querit a doctoribus circa tertiā partē ep'le. Utrum chriſtiani ex tali ſubiectione cōſequant fructū. Et dicit Nicola. de lira: ꝙ hoc eſt ſatis dubiū Quia in hac ep'la dicitur Serui ſubditi eſtote in omni timore dñis: nō tm̄ bonis: ſed etiā diſcolis. In quibus verbis duo faciunt difficultatē. Primū q: dicit ſubditi eſtote in omni timore dñis. Quia j. Ioh. iiij. dicit. Perfecta charitas foras mittit oēm timorē. Et quantū ad hoc dicit. Nico. de lyra. ꝙ loquitur apl's de timore filiali qui ſeruit amori: ꝛ ideo eſt bonus ꝛ meritorius. Unde ſtatim ponit fructum di. Hec eſt enſꝫ gratia. i. meritū gratie in xp̄o ieſu dño noſtro. i. in virtute eius. Et iſte magnus fruct⁹ in hoc mundo eſt: per quē acquirit gloria Uñ ad Ro. vj. dicit. Gratia dei vita eterna. Nō eni loquit de timore ſeruili qui reſpicit tantū penā. Uñ apl'us ad Ephe. vltimo. Serui obedite dñis veſtris carnalibus cum timore et tremore: in ſimplicitate cordis. Uñ non ad oculū ſeruientes vꝫ reſpiciēdo penas quaſi hominibus placētes: vꝫ ab eis exſpectādo ꝑmiū Sed ſicut ſerui chriſti facientes voluntatē dei. ¶ Aliud qđ facit difficultatē eſt illud verbū. Nō tantum bonis ꝛ modeſtis: ſed etiā diſcolis ideſt a ſcola diſcipline diuiſis. Et etiā dicit Nico. de ly. ꝙ malis prelatis eſt obediendū: q: ſunt ex diuina ꝑmiſſiōe. Primo ad eorū pene grauationeꝫ. Quia ſm Augu. quāto in loco ſuperiori: tanto in pericu

lo maiorꝰ verſant. Scḋo ꝓpter malorꝫ correctionē. Qꝛ ſm Job.xxviij. Facit deus regnare ipocritā ꝓpter peccata populi. Tertio ꝓpter bonorꝫ exercitationē. Quia Augu.ait. Malus autē ideo viuit vt corrigat aut vt bonus per eū exerceat. Ecce quomō in hoc miſero mundo viuēdū eſt vbi mūdani gaudēt: et amici dei contriſtant. vt dicit Euangeliū hodiernū Joh.xvj. deſcriptū. Sed triſticia ſeruorꝫ dei vertet i gaudiū Qḋ nobis ↄcedet altiſſimus Amē.

¶ Dñica quarta poſt paſca: de donis dei altiſſimi. Sermo.xxiiij. Satis vtilis.

Omne datū optimū: et omne donū pfectū deſurſum eſt, pcedens a patre luminū Jaco.j.ca. hec verba ſcribunt. Pro exordio pſentis ſermonis a doctoribus querit. Utrū deus ſit cauſa effectiua oīum rerū. Et dicunt doctores cōiter ꝙ ſic in prima di. ſcḋi ſenten.q.j. allegātes illud Joh.j.ca. Oīa per ipm facta ſunt. Nec ratio phi.vij.et.viij. phicorꝫ valet de motu. oſtendēdo eternitatē eius p hoc quia motor eſt eternus: et mobile eternū. Nam ſi mobile incepit: per aliū motuꝫ incepit. Ad qḋ dicit: ꝙ mobile incepit nō per aliū motū: ſꝫ per ſimplicē dei voluntatē Aliter infinita eſſent pertrāſita: et vnū infinitū eſſet maius alio: ꝛ infinitū eſſet actu. Uñ Ber.ait. Quid eſt deꝰ lōgitudo: latitudo: ſublimitas: ꝛ pſundum. Longitudo ꝓpter eternitateꝫ Latitudo propter charitatē: Sublimitas ꝓpter maieſtatē: Profundū ꝓpter ſapientiā. Deus amat vt charitas: Nouit vt veritas. Sedet vt equitas. Dñatur vt maieſtas. Regit vt principiū. Tuet vt ſalus operat vt veritas. Ideo apl's iaco.ait. Omne datū optimū. In qua epl'a pro eius expoſitione tres q̄ſtiones declarande ſunt. Prima quarū eſt de donorū largitione. Utrū vꝫ oīa ſint a deo Alia eſt de donorꝫ cōgrua diſpoſitione: ꝛ receptione. Utrū vꝫ libertate arbitrij recipiant: ibi. voluntarie Tertia eſt de donorū impeditione. Utrū vꝫ ſint impedimēta ad recipiendū dona: ibi. Sit āt oīs hō velox.

¶ Prima q̄ſtio pſentis ſermonis: Utrū vꝫ oīa dona ſint a deo.

Querit a doctoribus circa pmam partē epl'e. Utruꝫ om̄ia dona ſint a deo. Et dicit Nico. de lyra ꝙ ſic. Quod probat tali rōne. Omne datum aut eſt donū timoris cōtra ſupbiā: aut donū pietatis ↄtra inuidiā aut eſt donū ſcientie cōtra irā. aut eſt donū fortitudinis ↄtra accidiā: aut conſilij cōtra auariciā: aut intellectus contra gulā: aut ſciētie contra luxuriā. Sed hec oīa ſunt a deo iuxta illud. Eſa.xj. Requieſcet ſup eum ſpūs dñi: ſpūs ſapientie ꝛ intellectus: ſpūs cōſilij ꝛ fortitudinis: ſpiritus ſcientie: ꝛ pietatis: ꝛ implebit euꝫ ſpūs timoris dñi. Alia ratione Omne donū aut eſt bonū: aut melius: aut optimū. Sed hec oīa ſunt a deo: ergo pmū eſt donū creatōis et eſt a deo. Juxta illud Deutro.vltimo. Nōne ipe eſt dñs deus tuus q fecit poſſedit ꝛ creauit te Scḋm eſt donū cōſeruationis: ꝛ hoc eſt a deo. Uñ Math.vj.ca. Nolite ſolli

citi eſſe dicētes. Quid manducabi/
mus aut quid bibemus: ſcit eni pa
ter veſter: quia his oib⁹ indigetis.
Tertiū eſt donū illuminationis: et
hoc eſt a deo. Vñ in pſal. Signatū
eſt ſuper nos lumē vultus tui dñe.
Alia ratione. Omne donū aut eſt
optimū: que ſunt dona gratie gra/
tis date. aut eſt pfectū: qḋ eſt donū
gratie faciētis gratū: ⁊ hoc eſt a deo
Vñ de primis ait apl's. j. ad Corin.
xij. Unicuiq3 daꝛ manifeſtatio ſpi/
ritus ad vtilitatem. Et de vltimo
ad Ro. viij. dicit. Deus pater cum
proprio filio ſuo oīa alia nobis do
nauit. Hec oīa tanguntꝛ. xxx. q. j. ꝑ/
uenit. Vñ igiꝛ Jaco. ait. Omē da/
tum optimū: ⁊ omne donū pfectū
deſurſum eſt deſcendēs a patre lu/
minū. j. q. j. Quā pie. Apud quē nō
eſt trāſmutatio: quantū ad ſubſtan/
tiā: nec viciſſitudinis obumbratio
quātū ad operationes: vel obſcura
tio intelligētie: per cogitationis vi
ciſſitudines.

¶ Queſtio ſcḋa pñtis ſermonis:
Utrū videlicet libertate arbitrij re/
cipiantur dona.

q Veriꝛ a doctoribus circa
ſcḋam partē epl'e. Utrū
vz libertate arbitrij reci/
pianꝛ dona? Et dicit Ni
cola. de lyra ꝙ tria maxime diſpo/
nunt ad donoꝝ ſupnoꝝ receptio/
nem. Primū eſt diuina voluntas
Vñ Ephe. ij. diciꝛ. Gratia ſaluati
eſtis per fidem: ⁊ hoc non ex vobis
dei eni donū eſt. Scḋm ex diuina
ſapia. Vñ Sap. vij. diciꝛ. Neminē
eni diligit de⁹: niſi eū in q̄ diuina
ſapiētia inhabitat. Tertiū eſt arbi
triū. Diſponit eni arbitriū ſicut ſa/
pientia illuminat: ⁊ volūtas diui/
na gratificat. Vñ ait Augu. Qui fe
cit te ſine te: non ſaluabit te ſine te.
Hec tria Jaco. in hac epl'a et ſcḋa
eius parte tangit di. Volūtarie eni
genuit nos. Ecce pmū. vbi glo. Ad
bonū accedit homo: non ſuis meri
tis: ſed ſola gratia diuine volunta/
tis. Verbo veritatis. Ecce ſm. De
quo ſapiētie. j. diciꝛ. Fons ſapiētie
verbū dei: vt ſimus initiū aliquod
creature eius: hoc eſt vt ſimus prin
cipiū creaturarū: qḋ cōtingit per li/
berū arbitriū. Vñ Geñ. j. dixit de⁹
Dominabimini piſcibus maris: et
volatilibus celi: et cunctis animali
bus que ſunt ſuper terram.

¶ Tertia q̄ſtio preſentis ſermonis
vtrū vz ſint impedimēta ad recipiē
dum dona ſupernaturalia.

q Veriꝛ a doctoribus circa
tertiā partē epl'e. Utrum
vz ſint impedimēta ad re
cipiendum dona: ⁊ dicit
Nico. de lyra ꝙ ſic. Primū quoꝝ
eſt auditus tarditas. Nā Eccl'. vj.
ſcribiꝛ. Si inclinaueris aurē tuā ex
cipies doctrinā. Et ſi dilexeris au/
dire: ſapiēs eris. Et puer. j. Audiēs
ſapiēs ſapiētior erit. Unde iaco. ait
Sit autē ois homo velox ad audiē
dum. Aliud eſt loquendi velocitas
Vñ eccl'. v. Si eſt intellectus reſpō/
de proximo tuo. Si autē: ſit manus
tua ſuper os tuū: ne forte capiaris in
verbo indiſciplinato: ⁊ cōfundaris
Hinc ſequiꝛ in epl'a. Tardus autē
ad loquendū. Quia prouer. x. diciꝛ
In multiloquio nō deeſt peccatū.
Tertiū eſt iracundie pnitas. Unde
ad Ro. xij. paulus ait. Date locum
ire. hinc ſequiꝛ in epl'a. Et tard⁹ ad

tram. Ira enim viri iuſticiã dei nõ operat. Quartũ eſt imunditie praui tas. Quia ſap.j. In maliuolã animã nõ introibit ſapia: Hinc ſequit in epl'a: ꝑpter qd abijciẽtes omnẽ immũdiciã. Quintũ eſt cordis im puritas. Unde Augu. ait. Uerbum dei quod eſt ſummũ bonũ non niſi purgatiſſimis mentibus cernitur. Hinc ſequit: ꝛ abundantiã malicie De pe. di. iiij. Hi forte: ꝛ ca. cum ita Sextũ eſt ſuperbie ſtolliditas. Uñ eccli. v. Eſto manſuetus ad audiẽdũ verbũ dei: vt intelligas: ꝛ cũ ſapientia ꝑficias. Hinc iaco. ait. In manſuetudine ſuſcipite inſitũ verbum ſcʒ ſeminatũ ꝛ ſituatũ in corde: qd poteſt ſaluare animas vr̃as. Quia luce. xj. dicit. Beati qui audiunt verbũ dei: q: verbũ dei ſtabit in eternũ. Eſa. xl. xxxv. q. iiij. frater nitatis. His ergo remotis recipiemus dona ſpũs ſcti: qui arguet mũdum ꝛ docebit hec oĩa. vt dicit euãgeliũ hodiernũ Joh. xvj. deſcriptũ Qui cũ filio ꝛ patre eterno viuit et regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Dñica quinta poſt paſca de diuino verbo. Sermo. xxv.

xp̄i homo poſſit expiari a peccatis
Alia eſt de peccatorū futurorū p
ſeruatione. Utrū vꝫ conformatio
ne vite xp̄i homo poſſit pſeruari a
peccatis. ibi. ſi eni. Tertia eſt de vi
te eterne acquiſitione. Utrū homo

peccato mortuus exemplo xp̄i acqrat viā eternā.ibi.Si autē mortui.

¶Prima queſtio pn̄tis ſermonis. Utrum videlicet homo poſſit a peccatis expiari mēoria paſſiōis xp̄i?

Q Uerit a doctoribus circa primā partē ep̄l'e Utrum vz. homo poſſit expiari a peccatis memoria paſſionis xp̄i? Et dicunt ꝙ ſic tripliciter. Primo memoria crucifixionis. Quia ſicut xp̄us ſemel mortu⁹ eſt in cruce oi pene: et nūc ſp viuit in gloria. Sic et nos per baptiſmū ſemel mortui omi culpe: ſp amodo viuemus in grā. Hinc.j.petri.iiij. ſcriptū eſt. Chriſtus ſemel ꝓ pctis noſtris mortuus eſt: iuſtus ꝓ iniuſtis: vt nos offerret deo: mortificatos quidē carne: viuificatos autez ſpū. Unde ap̄ls ait. Quicunqꝫ baptiſati ſumus in xp̄o ieſu: in morte ipſius baptiſati ſumus: quia meritū mortis chriſti eſt cauſa interius nos purificās: quāuis aqua baptiſmi lauet exterius. Unde aīa ſic lota illud cāti.v.dicere debet ſuadēti ſibi pcm̄. Expoliaui me tunica mea quō induar illa. Laui pedes meos: quō inquinabo illos? quaſi dicat baptiſatus ſum: et merito mortis xp̄i a peccato mundat⁹.licite amodo peccare nō poſſum. Scd̄o memoria ſepelitionis.vn̄ ait. Sepulti eni ſumus cū illo per baptiſmū in morte. Nam dū homo baptiſatur imergit: et ſic quaſi ſepelit. Unde trina imerſio tridui ſepulture eſt recordatio. Ex quo cōueniētius immergendo qꝫ aſpergendo baptiſat homo. Sicut igitur xp̄s ſepultus a prioribus quieuit actib⁹ humanis: ſic et nos baptiſati queſcim⁹ a peccatis et vicijs. Tertio memoria reſurrectiōis. vt ait ap̄ls: Ut quō xp̄s reſurrexit a mortuis ꝑ gl'iam pr̄is i.per potentiā diuinitatis. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹. Nā ad ro.vj.idē ait. Chriſtus reſurgēs ex mortuis iā nō morit: mors illi vltra nō dn̄abit: nec nob vltra mors pcti dn̄ari debet.xxvij.q.j. Nuptiarum de ꝯſe.di.ij. Semel xp̄s.⁊ ca.iterat

¶Scd̄a q̄ſtio preſentis ſermonis. Utrū vz homo poſſit ⁊ peccato preſeruari cōformatione vite xp̄i

Q Uerit a doctoribus circa ſcd̄am partē ep̄l'e. Utruz vz homo poſſit ꝑſeruari a pctis ꝯformatione vite xp̄i. Et dicūt ꝙ ſic. Primo ꝯfiguratione Un̄ ait ap̄ls. Si eni cōplātati facti ſumus ſimilitudini mortis ei⁹ vz xp̄i. vt iā dictū eſt: vt ſic mortu⁹ eſt pene: nos mortui ſum⁹ culpas: ſil'⁊ reſurrectiōis erim⁹ Scd̄o fomitis debilitatōe q̄ fit in baptiſmo virtute morti xp̄i: Un̄ dicit ap̄ls. Hoc ſciētes: q: vetus hō noſter: de quo ad Ephe.iiij. Exuite veterē hoiem vz antiq̄ peccatrix cōuerſatio. ſiml' crucifixus eſt: vz cū xp̄o q: xp̄i morte deleta eſt. vt deſtruat corpus peccati. vniuerſitas eius: vt vltra nō ſeruiamus pctō. Quia ioh. viij. dicit Qui facit peccatū ſeruus eſt peccati. De peni.di..iij. Ille rex. Tertio mentis iuſtificatōe Quia dicit ap̄ls Qui enim mortuus eſt ſcz peccato iuſtificatus eſt a peccato: vt vlteri⁹ ſ.non cogat ſeruire peccato. Nam anima que peccauerit ipſa morieť. Ezech.xviij.j.q.iiij. Iā itaqꝫ.xxiiij. q.iij. His ita. De ꝯſe.di.iiij. Queri

¶ Tertia q̃ſtio p̃ſentis ſermonis. Utrū vz homo pctō mortuus exemplo xp̄i acq̄rat vitā eternā d̄ ꝯgruo.

q Uerit̃ a doctoribus circa tertiā partē ep̄l'e. Utrum vz homo peccato mortuꝰ exemplo xp̄i acquirat ſibi vitā eternā. Et dicunt tria. Primum qui moriunt̃ culpe ſicut xp̄s mortuus eſt pene: viuunt vita chriſti: vñ dicit ap̄l's. Si autē mortui ſumus cum xp̄o: modo quo dictū eſt. credimus; vz fide certa: quia ſimul etiā viuemus cū illo: iuxta illud. j. ad The. iiij. Sic ſemp cum domio erimus. Et. ij. ad thi. ij. Sicut mortui ſumus ⁊ cōuiuemus: vt. ſ. ſimus mortui ſicut xp̄us. Primo veſtibꝰ ſpoliati ꝑpter paupertatē. Qꝛ mathei. v. Beati pauperes. xxiij. q. iiij §. ex his. Scd̄o membris dilatati ꝑpter charitatē. Quia. j. ad Thi. j. finis p̄cepti ē charitas. Tertio clauis tormētati ꝑpter vite auſteritatē Quia ad Ro. xij. ap̄l's ait. Carnis curā ne feceritis. De cōſe. di. v. Nō mediocriter. Quarto capite inclinati ꝑpter humilitatē Quia math. xj. dicit dñs. Diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde. ij. q. ij. Qui ſe ſic. Aliud dicunt: qualis eſt vita chriſti: vnde ait ap̄l'us. Scientes qꝛ xp̄us reſurgens a mortuis: iam nō morit̃. Ecce ꝙ vita xp̄i eſt immortalis. Mors illi vltra non dominabit̃ Ecce ꝙ eſt felix: et ꝓbat hoc dicēs Qd̄ eniz mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel: ⁊ ſic nō morit̃ vltra. Quod aūt viuit: viuit deo: ⁊ iō feliciter. Tertiū dicūt quia debemus mori exemplo xp̄i: vt viuamus cuz eo; vnde ait ap̄l's. Itaq̄ʒ exiſtimate et vos quidē mortuos eſſe peccato viuentes autē deo in xp̄o ieſu dño noſtro. Qui miſertus turbe pauit eam: vt dicit euangeliū hodiernū Math. viij. deſcriptū. Quatenꝰ moreretur peccato ⁊ viueret deo.

¶ Dñica ſeptima poſt penthe. de ſolutione q̃ſtionis: qd eſt humanius et facilius facere bonuz: vel malum. Sermo. xxxiiij.

**h Umanū dico** ꝑpter infirmitatem carnis veſtre. ad Ro. vj. hec verba ſcribunt̃ Pro exordio p̄ſentis ſermōis a doctoribus querit̃. Utrū p̄cepta legis xp̄iane ſint humaniora et faciliora p̄ceptis legis Moſayce. Et dicunt Alex. de Ales in tertia parte: et. ſ. Thomas ibidē. q. cvij. arti. iiij. Qd̄ licet p̄cepta chriſtiāe legis ſint maioris difficultatis reſpectu interiorū actuū qui ꝓhibent̃ in ea et non in illa: vt patet in adulterio Math. v. tamē ſunt leuiora ⁊ magis humana: tū quia pauciora: tū quia clariora: tum qꝛ amabiliora. Nam illa lex erat timoris: iſta ꝟo eſt amoris Unde dicit Augu. ſup Joh. Mandata legis chriſtiane non ſunt grauia amanti: ſed nō amanti ſunt grauia. Et rationem aſſignat ph̄us. v. Ethi. vbi dicit. Operari ea que iuſtu; operat̃ facile eſt: ſed operari eo mō quo iuſtus operat̃. ſ. delectabiliter ⁊ ꝓmpte: eſt difficile non habēti iuſticiā. Et ideo Paulus ea predicans dicit. Humanū dico: ꝑpter infirmitatē carnis veſtre. In qua gdē ep̄l'a pro eius expoſitione tres q̃ſtiones ſunt declarande. Prima q̃re

leuius eſt facere bonum q̄ȝ malum. Scđa quare grauius eſt facere ma/lum q̄ȝ bonū.ibi.cum eni̅. Tertia quare meli⁹ eſt facere bonū q̄ȝ malū ibi.nūc ꝟo liberati.Ut prima ſit de operationis boni leuitate et facili/tate. Alia de operationis mali gra tuitate. Tertia de operationis bo ni fructuoſitate.

¶Prima queſtio p̄ſentis ſermonis de opationis boni facilitate:vtrum vȝ facilius ſit facere bonū q̄ȝ malū.

Q Uerit a doctoribus circa prima̅ parte̅ ep̄le. Utruȝ vȝ facilius ſit facere bonū q̄ȝ malū. Et dicunt ꝙ facilius eſt facere bonum propter tria. Primū ꝑpter dilectionem:q: obiectū voluntatis eſt bonū:ꝛ nihil di/ligere poſſumus niſi bonū: et vt ait Grego.Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Scđm ꝑpter ra/tione̅.Quia rationabilius eſt face/re bonū q̄ȝ malū.Unde homo faciendo bonū homo dicit.cum aute̅ operat malū perdit rationem:et iumentis comparat.Hinc in pſal.di/cit.Homo cū in honore eſſet nō intellexit:ſimilis factus eſt iumentis inſipie̅tib⁹. Tertiū ꝑpter obiecti cōparatione̅. Nam qui facit bonū bene ſeruit deo:qui aute̅ operat malū ſeruit diabolo:et ſeruire deo regnare eſt:ſeruire aute̅ diabolo in interitum ire eſt.Et quia facilius eſt facere bonū.ideo Paulus ait. Huma/nū dico.i. qđ leuius eſt vobis p̄ci/pio.Quia Math.xj.dn̄s dixit. Iugum eni̅ meū ſuaue eſt:et onus me/um leue:ꝛ iſtud leue vobis p̄cipio propter infirmitate̅ carnis vr̄e. Na̅ vt mathei.xxvj.dicit.Spūs quide̅ promptus eſt:caro aūt infirma. Et ideo.dic̄.Sicut eni exhibuiſtis me̅bra veſtra ſeruire immūdicie:vȝ lu/xurie que corpus inquinat:ꝛ inig/tati:vȝ mentis ad iniquitate̅.Quia vt ait Grego.peccatū quod ꝑ penite̅tiaȝ nō diluit mox ſuo pōdere ad aliud trahit.Ita nunc.j.ad Co//rin.vj. Ecce nunc tempus acceptabile. Exhibete me̅bra veſtra ſerui/re iuſticie in ſanctificationem.di.xlvij.Omnes.

¶Scđa queſtio p̄ſentis ſermonis de operatiōis mali grauitate:vtrū grauius ſit facere malū q̄ȝ bonum.

Q Uerit a doctoribus circa ſcđam parte̅ ep̄le. Utruȝ vȝ grauius ſit facere ma/lum q̄ȝ bonū: ꝛ dicunt ꝙ ſic:ꝑpter tria. Primo ꝑpter vilitatem nam magna vilitas eſt facere malum:q: ſic agens efficit ſeruus. Un̄ Joh.viij.Qui facit peccatū ſeruus eſt pcti.Unde ait apl's.Cū eni̅ ſerui eſſetis peccati:liberi fuiſtis iuſticie.i.caruiſtis dominio iuſticie: que eſt viliſſima ſeruitus. Scđo ꝑpter damnoſitate̅.Unde ait apl'us Que̅ enim fructuȝ habuiſtis tūc in illis ſcȝ peccatis: in quibus nūc erubeſcitis. quaſi dicat nullum.Quia mathei.vij.Non poteſt arbor ma/la bonos fructus facere: que debet ſuccidi.extra de decimis.Quamuis Tertio ꝑpter penalitate̅. O q̄ȝ grauis eſt pena male agentiū.Nam iuſtus ſecure oia facit:latro cruciatur gelu et frigore: et ſepe occidit dum vult occidere.Adulter timet ſupue/nire maritū:ꝛ ita de ſingulis.Sȝ ce/ci peccatores dicunt bonū malum De quibus iob.xxxj.dicit.Eſſe ſub

ſpinis ꝛ ſentibus delicias computa bũt. Quia vt ait poeta. Dicit amoꝛ cecus dedecus eſſe decus. Quibus eſai. v. dicit. Ue qui dicitis bonũ malũ: ꝛ malũ bonuꝫ. Et ideo dicit apl'us Nam finis illoꝛum moꝛs eſt de pe. di. j. peccatum.

¶ Tertia q̃ſtio p̃ſentis ſermõis de operationis boni fructificatõe q̃re melius eſt facere bonum q̃ꝫ malum

q Ueritꝰ a doctoꝛibus circa tertiam partẽ epiſtole: de opationis boni fructifi/cation e. Utrũ vꝫ melius ſit facere bonũ q̃ꝫ malũ. Et dicũt ꝙ melius eſt facere bonũ ꝓpter tria. Primo ꝓpter honoꝛabilitatẽ. Uñ dicit apl'us. Nunc ꝟo liberati: ꝛ certe ſtatus libertatis ſatis eſt honoꝛabilis maxime eoꝝ qui a dei filio ſũt liberati. Quibꝰ xp̃s ioh̄. xviij. dicit. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scd̃o ꝓpter delectabilitatẽ Uñ dicit apl'us a peccato ſerui autẽ facti deo. Nam magna delectatio eſt liberari a peccato ꝛ ſeruire deo. Quia apl'us ad Gala. vj. dicit. Fructꝰ ſpiritus: charitas pax: gaudiũ Et. j. ad Coꝛin. iij. dicit. Ubi ſpiritꝰ dei. ibi libertas. xix. q. ij. Due ſunt xxiij. q. vj. §. ex his. De renunc. niſi cuꝫ pꝛidem. de regula. licꝫ. Tertio pꝛopter deſiderabilitatẽ. Magno enim deſiderio efflagitãt homines gratiã in p̃ſenti: ꝛ gloꝛiã in futuro: et hec acquirit bene faciendo. Uñ ait apl'us. Habetis fructũ veſtrũ in ſanctificatione vꝫ gratie in p̃ſenti: finẽ vero vitã eternã. Nec mirũ q: ſtipẽdia peccati moꝛs Ezech. xviij. Anima que peccauerit ipa moꝛiet. j. q. iiij. Jam itaq̃ꝫ. xxiiij. q. iij. His ita. De cõſecra. di. ij. Queris a me. Stipendiũ eni ſcd̃m Augu. dicit a ſtipe pendẽdo ſeu ponderãdo: quia militibus pugnãtibꝰ pꝛo patria ad pondus pecunia dabat antiquitꝰ. Gratia autẽ dei vita eterna in chꝛiſto ieſu dño nr̃o Quia ioh̄. j. gratia et veritas per ieſum xp̃um facta eſt De conſe. di. iiij. placuit. Qui condemnat opantes maluꝫ ſub vmbꝛa veritatis: vt dicit euãgeliũ hodiernũ Mathei. vj. deſcriptũ. O igit felix qui facit bonũ: ꝛ decliuat a malo. Cauens a falſis ꝓphetis: qui docent contrariũ: quia in p̃ſenti abũdabit grã: et in futuro coꝛonabitur gloꝛia: per infinita ſcl'oꝝ ſcl'a. Amẽ

¶ Dñica octaua poſt penthe. de vita carnali fugienda. Sermo. xxxv.

D Ebitoꝛes ſumus nõ carni: vt ſcd̃m carnẽ viuamꝰ. Ad Ro. viij. ca. hec verba ſcribunt. Pꝛo exoꝛdio: p̃ñtis ſermonis a doctoꝛibꝰ querit. Utrũ vita carnalis ſit fugiẽda obligatiõe legis nature et dicũt ꝙ ſic. Pꝛimo q: naturaliter homo debet fugere peccatũ quod eſt contra naturã hominis ꝛ ſeruire iuſticie. Sed hec fit viuẽdo non vita carnali. ergo ꝛc̃. Preterea ſcd̃o ſic. Naturaliter eni homo tenet ſequi inſtinctũ ſpũs cũ ſpiritus ſit pars in homine p̃ncipalis. Uñ debet viuere ſcd̃m dictamen recte rationis: que iudicat vt carni adminiſtrent neceſſaria. iuxta illd̃ Eccl. xxxiij. Cibaria ꝛ virga et onus aſino: panis ꝛ diſciplina ꝛopus ſeruo ꝛ ei neceſſaria miniſtrãdo nõ operant eius deſideria. Hinc ipſe apl's

ait ad Ro.xiij. Curā carnis ne feceritis De conſe.di.v. Non mediocriter Uñ augu. Anima ꝛ ſi nō eſt ſummū bonum: quod eſt deus: ꝛ paruū bonū quod eſt corpus: debitrix eſt tamē deo vt ſcđm deum viuat: nō carni que eſt aſinus ꝛ ſeruus eius: vt eius delectationes proſequatur Tertio quia dicit aplus. Debitores ſumus nō carni vt ſcđm carnē viuamus. ¶ In qua qdē epl'a pro ei⁹ expoſitione tres q̄ſtiones ſunt declarande. Prima quarum eſt de carnali vita fugienda ex gehēne cōminatione. Utrū vz pena eternali debeamus fugere vitam carnalē. Alia eſt de vita carnali fugiēda ex glorie ꝓmiſſione. Utrū vz ex ꝓmiſſiōe eterne glorie debeamus fugere vitā carnalem. ibi. ſi autē ſpiritu facta carnis. Tertia eſt de vita carnali fugiēda ex gratie adeptione. Uz vtrum ex adeptione gratie debeamus fugere vitā carnalē. ibi. quicunq̄.

¶ Queſtio prima preſentis ſermonis: vtrū vz timore pene eternalis debeamus fugere vitam carnalem

Uerif a doctoribus circa primā partē epl'e. Utrum vz timore pene eternalis debeamus fugere vitam carnalē. Et dicūt ꝙ ſic. Primo q: ex ſenſib⁹ carnis naſcunt vitia que aiam occidūt Uñ.j.ad thi.v. Paulus ait. Uidua q̄ in delicijs eſt: mortua eſt viuens. Quia ad Ro.vj. dicitur. Stipendia peccati mors Secundo. Quia augu. ſup iohā. dicit. Uita hominū media eſt inter vitaz angelorū et pecorū. Si viuit homo ſcđm carnē pecoribus comparatur Si viuit homo ſcđm ſpiritū: angelis ſociat: et ait. O vita que tot homines decepiſti: tot ſeduxiſti: tot exceraſti. Dum fugis nihil es: duz videris es quaſi vmbra: dum exaltaris es quaſi fum⁹: ſtultis es dulcis ꝛ ſapientibus amara: qui te amant nō te cognoſcunt: qui te cōtemnūt ipſi te intelligunt. Tertio q: Paulus ait. Si eni ſcđm carnē vixeritis moriemini. Et idem pauloante in p̄ſenti epl'a dicit. Qui autez ſunt in carne deo placere nō poſſunt.

¶ Secunda q̄ſtio p̄ſentis ſermonis vtrū vz ex promiſſione eterne glorie debeamus fugere carnalē vitam

q Uerif a doctoribus circa ſcđam partē epl'e Utrum ex ꝓmiſſione eterne glorie debeamus fugere carnalē vitam? Et dicunt ꝙ ſic. Primo quia Remigius ait. Non ideirco creati ſum⁹ ab omnipotente deo vt ſcđm carnē. i. ſ̄m carnis deſiderium viuamus: q: nō ſumus carni debitores: ſed deo: et ſpiritui noſtro vt ſpirituale cōuerſemur: cuncta trāſitoria ꝛ caduca pro nihilo deducentes. Cum eni nō eſſemus: ab eo cōditi ſumus: ꝛ cū noſtro vitio perditi eſſemus: ab ipſo redēpti ſumus: qui donat nobis tēporalia ꝛ ſpiritualia ꝓmittit eterna. ab eo eni cūcta bona recepimus: ac per hoc de cūctis bonis ei debitores ſumus. Debituz autē noſtrū ei reddimus: cū delectationē carnis abijcimus: cū eius mādata pficimus. Hec ille. Scđo q: ioh̄.vj.ca. dicit. Spirit⁹ eni eſt qui viuificat: caro autē nō ꝓdeſt quicq̄ gratia autē dei vita eterna. Tertio quia dicit aplus ad idē in ſcđa parte epl'e. Si autē ſpiritu facta carnis

ideſt opera de qbus ad Gala.v. dicit. Manifeſta ſunt opera carnis: mortificaueritis.i.penitus a vobis abieceritis viuetis: vʒ eterna glia. ¶ Tertia qſtio pſentis ſermonis: vtrū vʒ debeamus fugere carnaleʒ vitam ex adoptione gratie.

Querit a doctorib⁹. Utrū vʒ debeamus fugere carnalē vitam ex adeptione gratie ꝛ dicūt ꝙ ſic Quia paulus in tertia parte epiſtole dicit Quicūqʒ enim ſpiritu dei aguntur ideſt reguntur. ſcðm illud pſal. Dominus regit me: ꝛ nihil mihi deerit vel aguntur.i.impellūtur. Juxta illud mathei.iiij. Ductus eſt ieſus in deſertū a ſpiritu. hi ſunt filij dei: adeptiōe gratie. Unde xp̄s dicit aplis. Joh.xv. Jam nō dicā vos ſeruos: qd pbatur tripliciter. Primo ex glorioſa cōfeſſione: cōfitendo deum eſſe patrē nr̄m: vñ apl's ait. Nō ei accepiſtis ſpiritu ſeruitutis iterū in timore: ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis filioꝝ: in quo clamam⁹ Abba pater Ubi augu. elegāter verba duarum linguarū propoſuit. idē ſignificantia propter vniuerſum ppl'm qui de iudeis ac gentib⁹ in veritate fidei eſt vocatus. Si ergo per ſpiritū ſanctum cōfitemur deū eſſe patrē nr̄m dicendo Abba hebraice: ꝛ pater latine. non ſolū per naturā ſed etiam per gratiā: ergo per eundē ſpiritum ſumus filij adoptionis. Scðo ex diuina teſtificatione: vnde ait apl's Jpſe ſpiritus teſtimoniū reddit ſpiritui nr̄o ꝙ ſumus filij dei: hoc modo. Qm̄ q aguntur ſpiritu dei: peccata deteſtantur: iuſticiā ſectantur. carnē mortificāt. mentē eleuāt. ꝯtemnūt terrena. appetunt celeſtia. Hec aūt oīa ſunt fide digna teſtimonia qui ſunt filij dei. ſic pau. ad Ro.j. dicebat. Teſtis eſt mihi de⁹ Et iob.xvj dicit. Teſtis mihi eſt in celo.xj.q.iij Jnter verba Tertio ex hereditatis ſuperne adeptione: vnde dicit apl's Si autē filij dei ꝛ heredes: heredes quidē dei: vnde Dauid in pſal. Dominus pars hereditatis mee. Coheredes autē xp̄i: quia ipē eſt principalis heres: ad hebre.j.ca. quem cōſtituit heredē vniuerſoꝝ. O quātū hec carnalis vita deteſtanda eſt nō ſolū timore pene ſed amore glorie et adeptionis grē: cū Augu. dicat de hac vita ſup illð v̄bū. Ja.iiij ca. Que ē vita noſtra: Uita hec eſt vita dubia. vita ceca: vita erumnoſa: quā humores tumidāt: dolores extenuant ardores exſiccant: aera morbidāt: eſce inflant: ieiunia macerant: ioci ſoluūt. triſtitia cōſumūt ſollicitudo coartat ſecuritas hebetat diuicie iactāt: pauptas deijcit. iuuētus extollit: ſenectus incuruat: infirmitas frangit: meror depmit ꝛ hec oīa mors interimit: vniuerſis gaudijs finem imponit. Unde vilicus iniqtatis deceptus eſt vt dicit. euāgeliū hodiernū Luce.xv. deſcriptū Jpſam ergo nō amem⁹ Qr pau. ad phi.j. dixit. Cupio diſſolui ꝛ eſſe cū xp̄o.vij.q.iij.§. Cū aūt: ſʒ futurā ingramus vt ibi perēniter gaudeam⁹.

¶ Dñica nona poſt penthecoſtes de phibitiōe pcti Sermo.xxxvj.

Non ſimus concupiſcentes malorum.j. ad Cor.x.c. hec v̄ba ſcribuntur: Pro ex-

ordio preſentis ſermonis a doctori bus queritur. Utrum omnis cōcupiſcentia et omne deſideriū ſit peccatū? Et dicunt ꝙ nō. Naȝ quedā eſt cōcupiſcentia bonorū: que ſunt bona in ſe et etiā concupiſcenti: de qua dicit ꝓpheta in pſal. Cōcupiuit aia mea deſi.in.tu.m.o.t. Et ſapientie.vj. Concupiſcentia ſapientie deducit ad regnū perpetuum: ⁊ hāc nō diſſuadet ſcriptura: ſed efficaciter pſuadet. Sap.vj. dicēs. Cōcupiſcite ſermones meos. Et eſt cōcupiſcētia mala: de qua Math.v. Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendum eā.⁊c. Et hāc ꝓhibet ſcriptura exo.xx. dicēs. Nō ꝯcupiſces vxorē ꝓximi tui. Et de tali cōcupiſcentia dicit aplus. Nō ſimus ꝯcupiſcētes malorū ¶ In hac igit epl'a pro eius expoſitione tres queſtiōes declarande ſunt. Prima quarum eſt de pcti prohibitiōis exemplificatiōne. Utrū vȝ exemplo ſcripturarum prohibeat omne peccatū? Alia eſt de peccati prohibitiōis atteſtatiōe Utrū vȝ punitiōes peccatorū facte in veteri teſtamēto fuerit figure maioris punitiōis fiende in nouo teſtamento.ibi.hec aūt oia. Tertia eſt de prohibitiōis doctrinatiōe. Utrū videlicet ſit aliqua doctrina ad precauendum peccatum.ibi.itaqȝ

¶ Prima queſtio pn̄tis ſermonis Utruȝ videlicet exemplo ſcriptura prohibeatur omne peccatum?

q Uerit a doctoribuȝ circa primam partem epiſtole Utrū vȝ exemplo ſcripturarū ꝓhibeat omne peccatū? Et dicunt ꝙ ſic. Primo eni prohibet pctm̄ cordis dicēdo. Nō ſimus cōcupiſcentes malorꝫ ſicut ⁊ illi. vȝ filij iſrl'. Numeri.xj. de quib⁹ pauloante dixerat. De quibus tria notanda ſunt. Primo ꝙ apl's licȝ hic diſſuadeat omne peccatū: tam illud quod eſt ex ſeipſo: q̄d nō poteſt bn̄ fieri: vt eſt blaſphemare deū q̄ȝ illud quod eſt pctm̄ ex circūſtantia: vt interficere hoīem iniuſte. vl' cognoſcere mulierē non vxorē: vel vxorē nō debite: tn̄ ꝓprie diſſuadēt concupiſcētiā cordis reſpectu venereorū ciborū: diuitiarū et honorū. De quib⁹.j.ioh.ij. Omne quod eſt in mūdo: aut eſt cōcupiſcentia carnis: aut concupiſcentia oculorum: aut ſuperbia vite. Secundo nota ꝙ apoſtolus inducit exemplum filiorū iſrael. quia illi maxime in his peccauerūt. Tū quia ſacramēta illius legis nō ꝯferebant gr̄am: cuius virtute cōprimeret cōcupiſcentia. Tū quia illa lex non determinabat penā ſicut et noſtra Unde iac.j. dicitur. Cocupiſcentia cū cōcepit parit peccatū: pctm̄ v̄o cū cōſumatuȝ fuerit: generat mortē. Tertio nota ꝙ hic ſp loquit apl's de cōcupiſcentia inquantū ſp dicit conſenſus reſpectu actus qui eſt pctm̄ mortale.

Scd̄o principaliter ꝓhibet pctm̄ operis. Primo cōtra deum cū dicit Neqȝ idolatre efficiamini: honorē diuinū creature impedēdo: ſicut q̄dam ex ipſis filiorꝫ iſrael. vȝ quēadmodū ſcriptum ē exo.xxxij. Sedit ppl's mādūcare ⁊ bibere et ſurrexit ludere.i.corā vitulo cōflatili chorեas ducere. ꝓpter q̄d perierūt q̄ſi triginta milia hoīm. Scd̄o ꝯtra proximū et ſe ipſum peccantē cū dicit. Neqȝ fornicemur.quia fornicator

in corp⁹ ſuū peccat.j. Cor. vj.xxvj. q'ij.§.Sȝ ⁊ illō. Sicut qdā ex ipis fornicati ſūt:⁊ ceciderūt vna die.xxiij milia. Numeri.xxv. Tertio cōtra diuinū experimētū.cū dicit. Neqȝ temptemus xp̄m de potentia eius experimentū ſumere volendo ſicit neqȝ ſicut qdā eoꝝ tēptauerūt eſcas petēdo:⁊ a ſerpentib⁹ perierūt Numeri.xx.quos paruos vtvix videri poterant:imiſit deus vt morderent Tertio principaliter ꝓhibet pctm̄ oris.cū dicit. Neqȝ murmuraueritis.Quia ſap̄.j.d'. Cuſtodite vos a murmuratiōe que nihil prodeſt. et a detractione parcite lingue.ſicut qdā eoꝝ murmurauerūt.ſ.ↄtra deū Numeri.xij.et perierūt ab extermi/natore i.ab igne:q exterminauit extremā partē caſtroꝝ. Numer.xvij.

¶Secūda queſtio preſentis ſermonis:Utrū vȝ punitiones facte in veteri teſtamēto ↄtra peccata fuerunt figure punitionum que ſunt fiende in nouo teſtamēto?

q Ueritur a doctorib⁹ circa ſecundā partē ep̄le: Utrū vȝ punitiones peccatoꝝ facte in veteri teſtamēto fuerunt figura punitionū:que ſunt fiende in nouo teſtamēto? Et dicūt ꝙ ſic. Primo quia dicit aplus Hec aūt oia in figura cōtingebant illis. Scripta ſunt aūt ad correctionē noſtrā in quos fines ſeculoꝝ deuenerunt.i.qui ſumus in fine ſeculoꝝ: vȝ i vltima etate.iuxta illud.j. Jo.ij Filioli nouiſſima hora ē. Quia ad Ro.xv.dictū eſt Quecunqȝ ſcripta ſunt:ad noſtrā doctrinā ſcripta ſūt. Secūdo quia ſcriptura hoc declarat. Nam Gen̄.iiij.dicit: Uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Itē Exo.x.pharao propter plagas dixit: Peccaui in deuȝ ⁊ in vos. Itē hieruſalē deſerta eſt ꝓpter peccatū Hiero.xliiij. Tertio quia hec oia ſunt figura pene infligende chriſtianis:ſi ſilia cōmittant. Quia Math.xxv.dicit chriſtus eis: Ite maledicti in ignem eternū: que eſt pena penarum.

¶Tertia pars preſentis ſermonis: Utrū videlicet ſit aliq̄ doctrina ad precauendū peccatum?

q Ueritur a doctorib⁹ circa tertiā partē ep̄le: Utrū vȝ ſit aliqua doctrina ad precauendū peccatū? Et dicunt ꝙ ſic. Primo enim eſt admonitio. Unde ap̄ls admonendo dicit: Itaqȝ qui ſe exiſtimat ſtare.ſ.in gr̄a videat ne cadat.ſ. in pctm̄. Ecci.ix dicit. Nemo ſcit vtrū odio vl' amore dign⁹ ſit. hinc idē ap̄ls ad ephe. v.ait. Uidete quō caute ambuletis Scdo ponit modificatio.vnde ſequit ap̄ls. Temptatio vos nō ap̄phendat:ideſt nō ducat vos in conſenſuȝ:niſi humana: que eſt de peccato veniali: que euitari nō poteſt De cōſe.di.ij.§. Iterat. Nam temptari bonū eſt:quia ꝓph̄a ait. Proba me dn̄e et tempta me. ſed apprehendi malū eſt. Tertio ponit auxiliatio.vnde cōcludit aplus. Fidelis deus qui nō patiet vos tentari ſupra id quod poteſtis:ſed faciet cū temptatione prouentū.ſ.gratie: et per conſequens gl'ie. Quia iac.j.d' Beatus vir qui ſuffert tēptationeȝ qm̄ cum ꝓbatus fuerit:accipiet coronā vite. Quia fidelis deus in oi/bus verbis ſuis vt ait propheta. O

quantum eſt beatus qui ſic preca-uet peccato cordis eius ꝛ operis:ne pereat in hieruſalē:ſuper quā fleuit chriſtus:vt dicit euangeliū hodiernum Luce.xix.deſcriptum. Sed victor tentationū ad vitam perueniat eternam Amen.

¶Dñica.x.post penthecoſten De diuina gratia Sermo.xxxvij.

Citis qꝛ cuz ſ gētes eſſetis ad ſimulachra muta ꝑut ducebamini eūtes.j.Corinth.xij.hec verba ſcribuntur. Pro exordio pn̄tis ſermonis a doctorib⁹ querit: Utrū homo in hac vita ſm ſtatum preſentē poſſit vitare peccatū? Et dicūt Alexan.de ales:ꝛ Bonauentura in tertio:ꝛ ſcūs Tho.pͣ 2ᵉ q.cj.ar.viij.ꝙ licz hō in ſtatu nature integre hoc poterat cum auxilio dei:eum in bono conſeruātis:tñ in ſtatu nature corrupte hoc nō poteſt propter corruptionē appetitus ſenſualitatis:cuius motus ſingulos ratio reprimere nō poteſt.ꝛ ſic peccat venialiter:peccat ꝛ mortaliter:niſi adiuuetur a gr̄a iuſtificante. Quia ſicut appetitu nō totaliter ſubiecto rationi nō poteſt eſſe quin ꝯtingant inordinati motus in ſenſu:ita rōne hoīs nō exiſtente ſubiecta deo:cōſequens eſt vt ꝯtingant multe inordinationes in ipſis actibus rationis. Uñ Aug.in li.de pfectione iuſtitie dicit:Quiſquis negat nos orare debere ne intremus in tētationē. Negat aūt hoc qui cōcedit ad non peccandū gr̄e dei adiutoriū nō eſſe homini neceſſariū:ſꝫ ſola lege accepta humanā ſufficere voluntatē:ab auribus hominū remouendum:ꝛ ore omniū anathematiſandū eē nō dubito. Ideo Paulus dicit verba propoſita pn̄tis ep̄le declarande. In q̄ pro eius expoſitione tres queſtiōes declarāde ſunt. Prima quarū eſt de diuie gr̄e cōmēdatione:Utrū vz homo ſine diuina gr̄a poſſit ita bonum meritorium operari.ſicut non poteſt vitare malū. Alia eſt de diuine gratie ꝯditiōe. Utrū vz ad idē def gr̄a gratū faciens ꝛ gr̄a gratis data.ibi.diuiſiones. Tertia eſt de diuine gratie diſtinctione: quomō vz diſtinguunt gratie.ibi.vnicuiqꝫ.

¶Prima queſtio pn̄tis ſermonis Utrū homo poſſit ita bonū meritorium operari ſicut nō poteſt vitare et declinare malum ſine gratia.

q Uerif a doctoribus circa primā partē ep̄le. Utrum homo poſſit ſine diuina gr̄a ita bonū meritoriuz operari:ſicut nō poteſt malū vitare Et dicit Nico.de lira ꝙ ſm verba prime partis hui⁹ ep̄le diuina gr̄a ab ap̄lo tripliciter cōmendaf. Primo quia ſine ea pctm̄ mortale non poteſt euitari. et quantū ad hoc dicit. Scitis eni ꝙ cū gentes eſſetis. vz gentiliter viuētes abſqꝫ dei gr̄a ad ſimulchra muta adoranda:prout ducebamini eūtes: vel inſtinctu demonū:vel ꝓpria inclinatiōe:vel hoium perſuaſione. Scd̄o gratia comendaf: quia per eā vitaf pctm̄ mortale. Unde ſubdif. Ideo notuz vobis facio: ꝙ nemo in ſpū dei loquens dicit anathema ieſu.i. blaſphemiā contra xp̄m: et accipif hic blaſphemia large ꝓ omni peccato mortali:ꝙ eſt quedam blaſphemia

dei inquantũ ſeparat ab eo: nec ꝓpter hoc ſequit̃: ꝙ homo habens gratiã ſit impeccabilis: quia nõ neceſſitat̃ ad vtendũ gr̃a: et ſic ex proprio defectu poteſt peccare mortaliter ſ; tũc nõ operat̃ ex gratia: ꝓpter quod notabiliter dicit aplſus. Nemo in ſpũ dei loquens. i. gr̃a ſpũs ſ. vtens. dicit verbo vel facto anathema ieſu. i. quodcũq; ſeparatiuũ Nã anathema ſeparationẽ importat. Tertio gr̃a cõmendat̃: quia ſine ea nullus poteſt bonũ meritoriũ operari. Unde refert. Et nemo põt dicere dñs ieſus niſi in ſpũ ſctõ. S; ꝯtra: quia math. vij. dĩ. Nõ ois qui dicit mihi dñe dñe itrabit in regnũ celorũ. Reſpondet̃ ꝙ dicere in ſpũ ſancto: vno modo intelligit̃ ſpũſancto mouente ſolũ: et nõ habito. et hec motio duplex eſt. Una per influxũ generalẽ. Et hoc mõ dicit ambro. Uerum a quocunq; dicatur a ſpũſancto eſt Alia per influxu; ſpecialem: ⁊ maxime in his que excedũt facultatem nature. Sic balaã multa futura vera p̃dixit. Nũeri. xxiiij. Sic cayphas prophetauit. Joan. xj Alio modo ſpiritusancto mouẽte et habito per gratiam in mente et ſic loquit̃ apoſtolus in hoc loco

¶ Secunda queſtio p̃ſentis ſermonis. Utrũ videlicet ad idẽ det̃ gratia gratũfaciens: ⁊ gr̃a gratis data

q Uerit̃ a doctoribus circa ſcdam partẽ epiſtole preſentis. Utrũ ad idẽ detur gratia gratumfaciens: et gratia gratis data? Et dicit Nico. de lira ꝙ nõ: quia gratia gratũ faciens dat̃ ꝓpter bonũ illius cui datur: v; vt eũ dignũ faciat vita beata Gratia gratis data ſpecialiter dat̃ ꝓpter bonũ eccľie: et nõ illius cui dat̃: ſicut donũ ꝓphetie linguaru; et huiuſmõi. Ad talẽ vtilitatẽ eccleſie tria requirunt̃. Primũ facultas loquendi: vel operandi: que habet̃ per gr̃a; qua qui predicat diuerſa idiomata loquit̃. miracula operatur ⁊ huiuſmodi: et hec malis hominibus aliquãdo dat̃. Unde ſaluator math. vij. Multi dicẽt in illa die dñe. Nonne in nomie tuo prophetauim⁹? et ĩ noie tuo demonia eiecim⁹? ⁊ in noie tuo virtutes fecimus? Et tũc cõfitebor illis: q: nũq̃ nouí vos Diſcedite a me qui operamini iniquitate;. Et de iſtis gratijs ad vtilitatẽ eccľie datis. ait apľs Diuiſiones ṽo gratiarũ ſunt: idem aũt ſpũs: q: ꝑfectiões q̃ ſunt in creaturis diuiſim: in deo ſunt ꝯiunctim Scdm auctoritas q̃ habet̃ ꝑ miniſteriũ: vt per apoſtolatũ ſacerdotiũ et hmõi. iõ apľs dicit. Diuiſiones miniſtrationũ ſunt: idẽ aũt dñs cui oĩa ſeruiũt. Tertiũ operũ executio Et quantũ ad hoc dicit: diuiſiones operationu; ſunt: quia vnus plus alio operatur. Sicut paulus dicit. j. corin. xv. Plus oĩbus laboraui. Jdem ṽo deus qui operat̃ omnia in omnibus. Effectus enim prime cauſe neceſſario requiritur in omni effectu aliarum cauſarum.

¶ Tertia queſtio preſentis ſermonis. Utru; videlicet diſtinguantur gratie ſm vtilitatem eccleſie.

q Uerit̃ a doctoribus circa tertiã partem pñtis epľe: quõ gratie diſtinguant̃. Et dicit Nico. de lira ꝙ gratie gratis date: ſicut dictum eſt,

danť ad vtilitatē ecl'ie: quod potiſſime fit p doctrinā quātū ad ea que ſunt fidei. Ad quod tria requirunť Primū quoꝝ eſt cognitio diuinorum. Ad quaꝫ cognitionē etiā tria ſunt neceſſaria.ſ.fides que eſt certitudo inuiſibiliū principioꝝ catholice doctrine. vt dꝛ ad hebꝛe.xj. Fides eſt ſubſtātia ſperandarū reruꝫ argumentū nō apparentiū.i.certitudo nō euidentie: ſed adherentie Inde phus dicit. Fides eſt ignote rei admiranda certitudo. Aliud neceſſariū eſt ſermo ſapientie: que eſt cognitio diuinoꝝ ex articulis fidei per cōcluſiones ſequentiū. Tertiū neceſſariū eſt ſermo ſcientie que eſt effectiuū rerū humanarū. quia ad ro.j.diciť. Inuiſſibilia dei a creatura mundi p ea que facta ſunt intellecta cōſpiciunť. Scdm principale eſt ꝯfirmatio.ſ.diuinoꝝ. Ubi ſciendū ꝙ ea que ſunt fidei confirmantur per ea que ſunt diuine virtutis pꝛopꝛia: vt ſunt miracula: quorum aliqua ptinent ad ſalutē copoꝛū: ꝛ ſic eſt gratia ſanitatū. Aliqua pertinent ad diuine potentie manifeſtationem. vt ſtatio ſolis. ꝛ ſic eſt opatio virtutū. Aliquod ptinet ad oculti reuelationē: ꝛ ſic eſt ꝓphia: aliqđ ad cogitationū diſcretionē: ꝛ ſic eſt diſcretio ſpirituū. Tertiū pncipa eſt ꝓnunciatio vel verboꝛū ꝓlatio et ſic ſunt genera linguarū: et interpꝛetatio ſermonū. Et impugnans Apoſtolus erroꝛes gentilium qui plures deos ponebant ait: hec aūt oīa operatur vnus et idē ſpūs: diuidens ſingulis ꝓut vult. Quibꝰ verbis improbať ſuperbia phariſei: et cōmendať humilitas publicani. luce.xix. ſicut dicit euangeliū ibideꝫ deſcriptū. Beatus ergo ille cui deꝰ gratiā cōfert ad malūvitandū: ꝛ bonum meritoꝛie operandū: ꝛ fidē cōfirmandā: vt poſtmodū ad vitam eternā perducat et regnū eternum. Per chꝛiſtum dñm noſtrū. Amen.

¶ Dominica.xj. poſt penteceſtes de lege euāgelica. Sermo xxxviij.

FRatres notum facio vobis euangeliuꝫ quod pꝛedicaui vobis. j. ad coꝛin.xv. ca. hec verba ſcribunť Pꝛo exoꝛdio pn̄tis ſmōis a doctoꝛibꝰ q̄riť Utrū ſtatus legis euangelice ſit pfectioꝛ oibꝰ alijs pn̄tis vite? Et dicit alex. de ales in. iij. pte.et.ſ. Tho. 2ª 2ᵉ. q.cv.ar.iiij.ꝙ ſic. Pꝛimo quia tanto eſt vnūquodqꝫ pfectius: quanto vltimo fini pꝛopinquius. ſed nihil poteſt eſſe ꝓpinquius fini vltimo q̄ꝫ quod immediate in finē vltimū introducit. hec āt facit lex euāgelica: ꝙ zē. Scdo qꝛ paulus ad hebꝛeos.x. dicit. Habentes itaqꝫ fratres fiduciam in introitū ſctōꝝ in ſanguine xp̄i qui initiauit nob̄ viaꝫ nouā attendamus ad euꝫ. Tertio quia idē apl's ait verba ꝓpoſita pn̄tis epl'e declarande. ¶ In qua pꝛo eius expoſitiōe ſunt tres queſtiōes declarande. Pꝛima quarū eſt de legis euangelice excellentia. Utrūvꝫ lex euangelica ſit alijs excellētioꝛ? Alia eſt de legis euāgelice cōtinētia: que vꝫ ſūt pꝛincipalioꝛa que cōtinenť in euāgelio. ibi Tradidi eni Tertia eſt de legis euangelice efficacia Utrum lex euāgelica maioꝛem cōferat gratiā? ibi Gratia dei.

¶Prima queſtio preſentis ſermo/
nis. Utrum lex euangelica ſit alijs
excelentior et dignior?

q Ueritur a doctoribus cir
ca primã partẽ ep̄le Utrũ
lex euangelica ſit alijs ex
cellentior. Et dicũt alex.
et Nico. de lira ꝙ ſic. propter. iiij.
Primo propter eius p̄dicatores q
fuerũt ap̄li. Et ideo dicit. Notũ vo
bis facio euangeliũ quod predica/
ui vobis: ego ap̄lus: et ſimiles mei
Unde rich. ait Iſta a ſumme ſctita
tis viris ſunt nobis tradita Sc̄do
propter eius auditores qui ex mul
tis miraculis crediderũt. iuxta illō
math. vltimo. Illi autẽ profecti pre
dicauerunt vbiq; domino coopera
te domino et ſermonẽ confirmante
ſeq̄ntib⁹ ſignis. Deus aũt nõ poſſet
eſſe teſtis falſitatis. Quod ſi aliqs
dixerit ꝙ ſine miraculis crediderũt
Aug. ait. Maximũ miraculũ eſt ꝙ
tam ardua et inaudita et ſupra ſen/
ſum exiſtentia: ſine miraculis credi
derunt. Ne valet obſtare de ſecta
Mahometi: que primo armis: de/
inde delitijs preualuit: promittens
obſeruatoribus ea ad que proni ſũt
carnales homines. Unde ap̄ls ait
dicens de euangelio: quod accepi/
ſtis vz vos vt ſapientes: quamuis
contineat ardua et non delicias.
Tertio ꝑpter eius effectus ſalu/
bres: vz gratie in p̄nti: et gl'ie in fu/
turo. Hinc dicit ap̄lus. In quo et
ſtatis in gr̄a: ꝑpter quã obtinebitis
gloriã. Quarto propter eius cõdi
tionem. Nã finis euangelij eſt ſa/
lus. Unde dicit: ꝑpter quod ſalua/
mini: cum duabus ꝯditionib⁹ qua
rum vna eſt firma adheſio. non ra/
tionib⁹ humanis: ſed auctoritatis
diuine: et miraculis. Alia eſt opera
tio. Quia iacobi. j. Fides ſine opi/
bus mortua eſt. j. q. j. Ferẽ. de. peni.
di. ij. Si eni inquit. De ſacra. vnc.
ca. vno. §. Quia vo. Hinc ait ap̄ls
propter primũ Qua ratiõe predica/
uerim vobis: ſi retinetis. ꝑpter ſe/
cundũ dicit. Niſi fruſtra crediditis

Secunda queſtio preſentis ſer/
monis. Que videlicet ſunt princi/
paliora que cõtinentur in euãgelio

q Ueritur a doctoribus circa
ſecundã partẽ p̄ntis ep̄le
que ſunt principaliora q̄
cõtinent in euãgelio. Et
dicũt alex. et ſ. tho. et Nico. de lira
vbi ſ. Quod licet vna lex in altera
contineat: ſicut rota in medio rote
tamen lex euãgelica explicat vete/
rem: et potiſſime quo ad articulos
fidei: quos quilibet xp̄ianus tenet
ſcire: licet diuerſimode: et quia ali/
quos tenent oẽs habentes annos
diſcretionis explicite credere et cõ
fiteri. ideo in ſc̄da parte p̄ntis ep̄le
aliquos Paulus explicat dicens.
Tradidi eni vobis in primis. i. in
ter prima credenda: quia articuli fi
dei ſunt principia ex quib⁹ alia cre
denda deducuntur: quod et accepi
vz a dño: quod ⁊ tradidi vobis: qm̄
dñs ieſus xp̄s mortuus eſt ꝑ pc̄is
noſtris ſm̄ ſcripturas. Uñ eſa. liij.
Propter ſcelus populi mei percuſ/
ſi eum. Et quia ſepultus eſt: vt veri
tas mortis probaret: et quia reſur/
rexit tertia die: et quia viſus eſt ce
phe. vz petro Luce vltimo. et ioh.
xx. deinde viſus eſt pluſq̄ quingẽ/
tis fratribus ſimul in galilea math
vltio. Ex quibus multi manẽt vſq;

adhuc. Quidã autẽ dormierunt. ſ.
morte corpali ſpe reſurrecturi. De
inde viſus eſt iacobo: in die reſurre
ctionis: vt quidã dicunt. Deinde
apl'is omnib⁹ math. vltimo. in die
aſcenſionis. Nouiſſime aũt oium
tanq̃ʒ abortiuo. i. extra tempus na
to: quia poſt aduentũ ſpũs. ſ. venit
ad fidẽ: et violenter eductus ex vte
ro legis. actuũ. ix. Uel cauſa humi
litatis vocat ſe abortiuũ. i. nõ pdu/
ctum ad debitã quantitatem. ſ. per
ſectiõis: viſus eſt et mihi. et addit.
Ego autẽ ſum minimus apoſtoloꝝ
quoniã pſecutus ſum eccl'iam dei.

¶Tertia queſtio preſentis ſermo/
nis. Utrũ videlicet lex euangelica
maiorẽ ꝯferat gratiã q̃ʒ lex moyſi?

Querit a doctoribus circa tertiã partẽ p̃ſentis epl'e. Utrũ vʒ lex euangelica maiorẽ cõferat gratiã q̃ʒ
lex Moyſi? Et dicit alex. de ales in
iij. parte ꝙ ſic: quia illa ꝓmittebat:
hec autẽ exhibet. Scḋo q: paulus
ij. corin. iij. dicit Lr̃a occidit ſpirit⁹
aũt viuificat. Ubi aug. de ſpũ ꝛ lr̃a
dicit: per litterã nõ vult aliud intel
ligere apl's: q̃ʒ decalogũ i illis dua
bus tabulis ſcriptuʒ. Tertio quia
paulus in hac tertia parte p̃ſentis
epiſtole dicit. Gratia aũt dei: quã
ſ. accepi in euangelio: ſum id quod
ſum: et gratia ei⁹ in me vacua non
fuit: que denotata eſt per digitos
xp̃i quos poſuit in auriculas ſurdi
vt dicit euangeliũ hodiernũ math
vij. deſcriptũ Felices ergo q hanc
legem ſequunt. Quia ioh. j. ſcriptũ
eſt. Lex per moyſen data eſt: Gr̃a
et veritas per ieſum chriſtuʒ facta
eſt. De pe. di. j. Libenter. Qui nõ
venit ſoluere legem: ſed adimplere
Mathei. v. de ꝯſe. di. iiij. Si quis.
Igitur eum per hanc legem ſequa
mur qui viuit ꝛ regnat de⁹ per om
nia ſecula ſeculorum.

¶Dñica. xij. poſt penthe. de gr̃a ꝛ
libero arbitrio. Sermo. xxxix.

Fiduciaʒ talem habem⁹ per xp̃m ad deũ. ij. ad corin. iij. hec verba ſcribuntur.

Pro exordio preſentis ſermonis a
doctoribus querit. Utrũ homo poſ
ſit ſe diſponere ad aliquod bonum
faciẽdũ ſola poteſtate arbitrij ſine
gratia? Et dicunt btũs bonauen.
Richar. et alij in. ij. ſentẽ. di. xxviij.
ꝙ nõ: quia ad hoc vt homo diſpo/
nat ſe ad aliquod bonũ Primo re
quirit gratia. Unde bern. de libero
arbitrio dicit. Gratia excitat libe/
rum arbitriũ cũ ſeminat cogitatuʒ
ſanat cum mutat affectuʒ: roborat
vt perducat ad actũ: ſeruat ne ſenti
at defectũ. Aliud quod requiritur
eſt cõſenſus arbitrij. Unde prouer.
xvj. di: Bonũ eſt animũ pparare
Et quia homo nõ poteſt ſe pparare
ad aliquod bonũ: niſi iuuetur a gra
tia. Ideo apl's ait verba propoſita
preſentis epiſtole declarãde. ¶In
qua pro eius expoſitione tres ſunt
queſtiões declarãde. Prima qua
rum eſt de liberi arbitrij defectione
Utrũ videlicet homo liberi arbitrij
poteſtate poſſit cogitare velle vl' fa
cere aliquod bonũ ſine auxilio di/
uine gr̃e? Alia eſt de liberi arbitrij
auxiliatiõe. Utrũ vʒ magis liberũ
arbitriũ iuuet diuina gr̃a per aduẽ

tum chriſti.ibi.qui nos fecit idone os. Tertia eſt liberi arbitrij vltima perfectione. Utrū videlicet homo abſq3 gratia ſola poteſtate liberi arbitrij poſſit mereri vitam eternā ibi. ꝙ ſi miſtratio.

¶ Prima queſtio preſentis ſermonis. Utrū homo liberi arbitrij poteſtate poſſit cogitare velle vel facere aliquod bonum ſine gratia?

q Uerif a doctoribus circa primā partē pn̄tis epiſtole Utrū homo ſola poteſtate arbitrij poſſet cogitare: et velle vel facere aliquod bonum ſine gratia? Et dicit ſ. tho. in prima parte.ij.q.cviij. artī.ij. ꝙ nō Primo q: hō in ſtatu nature corrupte: indiget auxilio diuine gratie quantum ad tria. Primo vt ſanef quia propter pctm̄ tota natura eſt corrupta. Scd̄o indiget vt moueatur ad bene agendū. Tertio ꝙ bonum operetur quod eſt meritorium

Secundo principaliter quia paulus ad Ro.ix.dicit. Nō eſt volētis neq3 currentis: ſed miſerentis dei. Et clarius aug. de correctiōe ꝛ gr̄a dicit. Sine gr̄a nullū ꝓrſus ſiue cogitando: ſiue volendo et amando: ſiue agendo: faciūt hoīes bonum.

Tertio quia dicit aplūs in prima parte huius epl'e. Fiduciā talē habemus ad deū qui eſt vnus in ſubſtantia: ꝛ trinus in pſonis. per xp̄m vz per xp̄i gratiam. Non ꝙ ſimus ſufficientes cogitare aliquid a nobis. ſ. meritorie: tanq̄ ex nobis. ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.

¶ Secunda queſtio preſentis ſermonis. Utrū per aduentū xp̄i magis iuuef diuia gr̄a liberū arbitriū

q Uerif a doctoribus circa ſecundā partē epiſtole p̄ſentis. Utrum per aduentum xp̄i magis iuuef diuina gratia liberū arbitriū. Et dicūt ꝙ ſic. Ad quod declarandum ſunt aliqua notanda. Primo ꝙ duplex eſt teſtamentū. vz Moyſi quod eſt vetus: et chriſti qd̄ eſt nouū in quo mitigata cōmutata terminata ꝛ cōſūmata eſt virtus veteris teſtamēti. Nam cerimonialia ſunt penit⁹ terminata: iudicialia mitigata: ſacramētalia cōmutata. in numero pauciora: faciliora et fructu ampliora Moralia ſūt declarata math.v. Et hoc teſtamentū nouū ſtabile ꝛ ſolidū vt ait apl's ad hebre.ix. Morte xp̄i ꝯſumatū eſt ſpūſcō de celo miſſo. Scd̄o notādū ꝙ hui⁹ teſtamēti auctor ē xp̄s: in q̄ penitētib⁹ largif venia ꝓficientibus gl'ia: trāſgreſſoribus gehēna: heredes ſunt oēs electi: publicatores ſunt apl'i: teſtes ſūt angeli: ſigilla ſunt chriſti paſſio: et oium martyrū: miraculaq3 ſctōꝝ.

Tertio nota ꝙ hoc teſtamentū dicif lex. Tū q: cōtinet noua p̄cepta. Math.v.ca. Diligite inimicos veſtros. Tum q: cōtinet noua cōſilia matth.xix. Si vis pfectus eſſe. Tū quia cōtinet noua ſacramēta. vz baptiſmi Joh.iij. ꝛ eucharistie. math xxvj. Tum quia cōtinet noua legata. nā vetus ꝓmittit terrena. Eſa.j Si audieritis me: bona terre comedetis. Nouum ꝟo ꝓmitit celeſtia. math.v. Bti paupes.xxiij.q.iiij. § Ex his. Quarto notādū ꝙ hec duo teſtamēta differūt per differentias obſcuritatis et claritatis. Uñ apl's in hoc capitulo pn̄tis epiſtole dicit

Uſq; in hodiernū diē velamē manet in lectione veteris teſtamenti: ꝛ iſra. Nos aūt reuelata facie glīa3 dñi ſpeculātes. vñ ad ro. viij. Non accepiſtis ſpm̄ ſuitutis ꝛ alia. Differūt ꝑ differētias grauitatis ꝛ leuitatis. Unde de primo Actuū. v. dr̄ Neq; nos neq; patres nr̄i portare potuimus. De ſecūdo math. xj. ait xp̄us. Jugum eni meū ſuaue eſt: et onus meū leue. Differūt per differentias carnalitatis ꝛ ſpūalitatis. Unde ad ro. viij. Lex ſpirit⁹ vite in xp̄o ieſu. Et dr̄ lex moyſi lex carnis nō in ſe: ſed quantū ad iudeos carnales: qui accipiebant quandā occaſionē peccandi et cōcupiſcendi a lege: quāuis in ſe eſſet ſancta iuſta et bona: quia a deo data: et oīs boni figuratiua. Unde paulus ad ro. vj. Occaſione accepta per mandatum peccatū operatū eſt omnē concupiſcentiā. Quinto notandu3 ꝙ ſicut iudei erant miniſtri veteris teſtamenti. ita tamen ꝙ eſſent circumciſi: ita xp̄iani ſunt miniſtri noui teſtamēti: ita tñ ꝙ ſint baptiſati in quo baptiſmo recipiūt gratiam. Unde per aduentū xp̄i liberū arbitriū magis iuuaṫ. ideo dicit apl'us. Qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: nō litera: ſed ſpū. Quia nouū teſtamentū nō fuit datum apl'is per ſcripturā: ſed per infuſionem ſpūſſancti eorū corda illuminantis per cognitionē veritatis ꝛ affectū iflamātis per ardorē charitatis. Litera eni occidit quia vet⁹ teſtamtnū peccati cognitionē dabat: nō tamē gratiā cōferebat: ꝛ ſic occaſionaliter concupiſcentia3 augebat ex malicia humana que nititur invetitū: et ſic peccatū quod occidit inducebat. Ad ro. vj. Spirit⁹ autē in quo data eſt lex viuificat.

¶ Tertia queſtio p̄ſentis ſermonis Utrum v3 ſine gratia: ſola poteſtate arbitrij poſſit homo ſibi mereri vitam eternam

Querit a doctoribus circa tertiā partē ep̄l'e. Utrum ſine gratia ſola poteſtate arbitrij poſſit homo ſibi mereri vitam eternā. Et dicit Alex. in tertia parte: et ſctūs Tho. j. 2ᵉ. q. cviij. ar. v. ꝙ non. Primo q2 vita eterna eſt finis excedens humane nature proportiones: Et ideo hō per ſua naturalia nō poteſt ꝓducere opa meritoria vite eterne. Sed ad hoc exigitur altior virt⁹: ſicut eſt virtus gratie: Et hec eſt ratio Augu. cōtra pelagianos. Secundo quia paulus ad Ro. vj. dicit. Gr̄a dei vita eterna. Ubi glo. hoc dixit apl'us: vt intelligeremus deū ad eternā vitam ſua miſeratione nos ꝑducere.

Tertio quia dicit apl'us Qd̄ ſi miniſtratio mortis. i. teſtamētū vetus eo modo quo dictū ē ; litteris deformata in lapidib⁹. i. in tabulis lapideis fuit in gl'ia. i. in reuerentia maxima. ita vt non poſſent intendere filij iſrl'in faciē Moyſi ꝑpter gl'iam vultus eius: a quo exibāt quidā radij ſurſum ꝓcedentes angulariter in figura cornuum: que euacuatur. Exo. xxiiij. ca. q̄ntomagis miniſtratio ſpūs noue legis erit in gl'ia: ſuple per grām quā ſamaritan⁹ oſtendit plagis ſauciato. vt euangelium hodiernū Luce. x. deſcriptū manifeſtat: ꝛ nobis libero arbitrio deſti

tutis et grã ſubleuatis finaliter cõcedat per infinita ſecula ſclo?. Amẽ.

¶ Dominica.xiij. poſt penthecoſtes. De lege euãgelica Sermo.xl.

# Abrae dicte

a ſũt pmiſſiões et ſemi eius Ad Gala.iij.ca. hec ỽba ſcribũt. Pro exordio pñtis ſmõis a doctorib⁹ querit. Utrũ lex euãgelica ſit antiqor lege moyſi. Et dicit Nico. de lyra ꝙ ſic. Qḋ probat tripliciter. Primo ratiõe iuſtificatiõis: q: abraã añ legẽ fuit iuſt⁹ et nõ niſi merito fidei ſue i lege xpi: ergo et c. Uñ geñ.xv.dicit. Credidit abraam deo: et reputatũ eſt ei ad iuſticiã. Secũdo ratione bñdictionis: q: Geñ.xxij.dicit. In ſemine tuo benedicent omnes gentes. Tertio ratione promiſſionis. Nã multa pmiſit de⁹ abrae: et non niſi lege euangelij. vt p̄ꝫta hereditatis ſucceſſionẽ. Geñ.xv.que adimpleta eſt in ieſu Luce.ij.vbi dicit. Et regnabit in domo iacob in eternum. Et ſeminis multiplicationeꝫ. Geñ. xxij. que ipleta eſt in xpianis. Hic dicit paulus in pñti epla. In ſemine tuo quod eſt xps. In hac igitur epla pro ei⁹ expſitione tres queſtiones declarãde ſũt. Prima quarum eſt de legis euangelice ſtabilitate. Utrum vꝫ ſit ſtabilior lege Moſaica. Alia eſt de legis euãgeltce nobilitate. Utrũ vꝫ ſit nobilior. Alia eſt de legis euangelice vtilitate. Utrũ vꝫ ſit vtilior. Scḋa ibi. Quid igit lex. Tertia ibi. lex ꝯ aduerſus.

¶ Prima queſtio pñtis ſermonis. Utrũ vꝫ lex euangelica ſit ſtabilior lege moſaica ſcḋm ſcripturas.

q Ueritur a doctorib⁹ circa primam partẽ pñtis eple. Utrum vꝫ lex euãgelica vel fides xpi ſit ſtabilior lege moyſi. Et dicũt ꝙ ſic. Primo ratione promiſſionis que facta eſt Abel. Enoch. Abrae. Saray. Joſeph. Iſaac. et Moyſi. Et tandeꝫ ab Adam vſqꝫ ad diẽ iudicij nemo eſſe poteſt in ſtatu ſalutis: niſi in fide mediatoris. Secũdo ratione iuramẽti firmationis: quia talis promiſſio iuramento firmata eſt. Uñ Geñ.xxij. dicit dñs. Per memetipm iuraui dicit dñs: quia feciſti reꝫ hanc et c. Et luce.j. Juſiurandũ quod iurauit ad Abraam patrẽ nr̃m. Tertio ratiõe euacuationis. Quia lex poſtea data nõ euacuauit hanc pmiſſionẽ legis et fidei dñi nr̃i ieſu xpi: aliter hereditas glorie nõ eſſet ex pmiſſione. et ſic qui fuerũt ante legẽ nõ haberent hereditatẽ. Cum tamen xps dicat Math.xxij. adducẽs illḋ exo. iij.ca. Ego ſum deus Abraã: deus Iſaac: deus Jacob. Non eſt deus mortuorũ: ſed viuo?: Et nõ viuunt illi vita nature: ergo vita gratie et glie. Et Math.viij.di. Uenient multi ex gentibus et recũbet cũ Abraaꝫ Iſaac: et iacob. Dicit ergo paulus Abrae facte ſunt repromiſſiones: et ſemini ei⁹. Nõ dicit in ſeminib⁹: quaſi in multis: ſed quaſi in vno et ſemini tuo: qḋ eſt xps. hoc aũt teſtamentũ cõfirmatũ a deo q̄ poſt quadringentos et triginta annos facta eſt lex. vꝫ data in mõte ſinay nõ irritũ facit ad euacuãdũ pmiſionẽ patrũ. Nã ſi ex lege hereditas: ſupple iaꝫ nõ ex pmiſſione vꝫ eſſet. Abrae autẽ p repromiſſionẽ donauit de⁹.

¶ Queſtio ſecūda pñtis ſermonis. Utrum vꝫ lex ⁊ fides euangelica ſit nobilioꝛ ⁊ perfectioꝛ lege moyſi?

q Ueritur a doctoꝛibꝰ circa ſcḋam partē ep̄l'e. Utruꝫ lex ⁊ fides xp̄i ſit nobilioꝛ et perfectioꝛ lege moyſi: Et dicunt ꝙ ſic. Primo ꝓpter euacuationē: quia lex moyſi nō euacuauit ꝓmiſſionez vt dictū eſt: ſꝫ ꝓmiſſio euacuauit legez: cū ſit perfecta ſi ue impleta. Fuit autē cōpleta cū venit in mundū illud ſemē ꝓmiſſum. Secundo ꝓpter expectationē: qꝛ dicit ap̄ls. Quid igitur lex: ⁊ ait primo ꝓpter ppl'i punitionē dicens: ꝓpter tranſgreſſoꝛes poſita eſt. Scḋo ꝓpter figurationē: quia erat vmbꝛa legis xp̄i. Tertio ꝓpter ppl'i eruditionē: vt remediū pc̄ti flagitarent Ideo cōcludit ap̄l's: donec veniret ſemen cui pꝛomiſerat: qḋ cōueniret ppl'm de ignoꝛantia quā habuit tēpoꝛe legis nature: qñ nec moꝛbum nec medicum cognoſcebant. Et de impotentia tp̄e legis ſcripte: qñ nec ſaluari poterat. vnde tempus expectatum expeteret: dicens cū dauid. Oſtende nobis dñe miſericoꝛdiaꝫ tuam Tertio lex xp̄i nobilioꝛ ⁊ p̄fectioꝛ eſt ꝓpter oꝛdinationē: quia lex Moyſi oꝛdinata eſt: vt dicit ap̄l'us: nō immediate a deo: ſed p̄ angelos vel per angelū vt dicitur actu. ij. ſed ad quid in manu mediatoꝛis. i. in poteſtate xp̄i qui eſt mediatoꝛ. Mediatoꝛ aūt. i. xp̄s non eſt vnius nature ſcꝫ qꝛ deus eſt homo: deus aūt vnus eſt: ⁊ ideo non mediatoꝛ dei ⁊ hominū: ſed chꝛiſtꝰ deus et homo.

¶ Tertia q̄o pñtis ſermōis. Utruꝫ lex et fides xp̄i ſit vtilioꝛ lege moyſi

q Uerit a doctoꝛibus circa tertiā partē ep̄l'e. Utrū vꝫ lex et fides xp̄i ſit vtilioꝛ lege moyſi. Et dicunt ꝙ ſic. Qḋ pꝛobat̄ tripliciter. Primo quia p̄ legē nunquā fuit vita anime quia ſacramēta illius legis nūquā ↄferebāt gratiā ſine qua nō eſt aīe vita. Et ſi dicat̄ de circūciſione: diꝫ ꝙ circūciſio introduxit ad locū vbi eſt p̄fectio vite: q̄uis circūciſio eſſet ex patribꝰ: ⁊ nō ex lege: vt diꝫ Joh. vij. Secūdo quia per legē nunquā fuit p̄fecta iuſtitia. Uñ ap̄l's ad Ro iij. dicit. Ex op̄ibus legis nō iuſtificabitur oīs caro. xj. q. ij. Due ſunt Si eni per legē eſſet perfecta iuſtitia: p̄ legē eſſet p̄fecta vita. Tertio quia per fidē ⁊ legē xp̄i: eſt vera vita ⁊ p̄ conſequēs vera iuſtitia. Uñ ad Ro. iij. paulus ait. Juſtitia dei per fidem in oēs: ⁊ ſup̄ omnes gentes: qui credunt in eū. De conſe. di. iiij. Si quis autē. Ait ergo ap̄l'us. Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei. i. contra abſit. Si eni data eſſet lex que poſſet iuſtificare vere ex lege eſſet iuſtitia. ſed cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato: qꝛ lex oſtendebat hominē peccatoꝛē nec mūdabat. vt ꝓmiſſio vꝫ iuſtitie ex fide ieſu xp̄i daret̄ credentibus. Et ideo xp̄s dixit lepꝛoſis vt ponit̄ in euangelio hodierno Luce. xvij. deſcripto. Ite oſtendite vos ſacerdotibꝰ: quia ipſi poterant ex lege infirmitatē cognoſcere: ſed nō ſanare. Fides aūt vos mūdabit. Math. xv. de ↄſecra. di. iiij. Uerus. Unde dum irent mundati ſunt. per chꝛiſtum dominū noſtrum. Amē.

¶ Dñica. xiiij. poſt penthe. De pugna ſp̄uali: vl' ſp̄us cū carne. ſer. x.

Spiritu ambulate et deſidria carnis nõ perficietis. Ad Gala.v. hec verba ſcribuntur. Pro exordio pñtis ſermõis a doctoribus querit. Utrum idem opus bonũ ſit libero arbitrio ⁊ grã Et dicit Richar. in.ij. ſententiarũ di.xxvj. tres ↄcluſiões. Prima eſt ꝙ gratia velut vnũ efficiens inſtrumentale mouet liberũ arbitriuꝫ ad bonũ voluntatis actũ: q: ſpũſſctũs tanquã principale agẽs ꝑ ſuã influentiã que eſt grã: tanquã per inſtrumentale efficiens cauſat in libero arbitrio quãdã inclinationẽ ad bonum volũtatis actũ: que inclinatio eſt quedã diſpoſitio in eligẽdo actũ bonũ: ⁊ liberũ arbitriũ eſt paſſiuuꝫ tantũ. Uñ Aug. de libero arbitrio ⁊ gratia dicit Deꝰ ꝑparat volũtatẽ: ⁊ cooperando pficit: qđ operandũ incipit. Alia ↄcluſio ꝙ talis grã per forme modũ mouet liberũ arbitriũ ſicut anima mouet corpus ad opus bonũ meritoriũ: q: ſine ea liberu arbitriũ nõ poterat ſe mouere. Unde augu. ibidẽ Ut velimus ſine nobis deus opatur: cũ aũt volumus ⁊ ſic volumus vt faciamus nobiſcũ opatur. Tertia ↄcluſio ꝙ idẽ opus bonum eſt per grãm ⁊ liberũ arbitriũ. Unde Ber. de libero arbitrio dicit A ſola gratia ceptum eſt: quod ab vtroqꝫ perficit. Uñ pl's dicit. Spũ ambulate: vꝫ ſancto: ſꝫm eius grãm ⁊ regulã euangelij: ⁊ deſideria carnis nõ perficietis: q: cũ impoſſibile ſit quin caro multa deſideret: tñ adiutorio gratie ſpũs ſcti: talia deſideria opere non implebitis. In qua epl'a pro eiꝰ expoſitione tres queſtiones ſunt declarãde. Prima quarum eſt de pugna carnis et ſpũs exhortatione. Utrum vꝫ ſit neceſſaria exhortatio circa temtationẽ carnis Alia eſt de pugne carnis et ſpiritꝰ explicatiõe: que vꝫ ſunt arma ſpũs ⁊ carnis. ibi. manifeſta ſũt. Tertia eſt de pugne huius victoriali ↄuerſatione. quomodo. ſ. homo in hac vita ↄuerſando poteſt ꝑ ſpm̃ de carne triumphalem victoriaꝫ habere. ibi. qui autem ſunt chriſti.

Prima queſtio pñtis ſermonis. Utrum vꝫ ſit neceſſaria exhortatio contra temtationem carnis.

Querit a doctoribus circa primam partẽ epl'e. Utrũ ſit neceſſaria exhortatio ↄtra temptationẽ carnis Et dicunt ꝙ ſic ꝓpter tria. Primo ꝓpter exemplaritatẽ. Nã apl's dat exemplũ huiuſmodi dicẽs. Spiritu ambulate. ⁊c. Quia vt ait aplus. j. ad Corin. iij. vbi ſpũs: ibi libertas. xix. q. ij. due ſunt. xxiij. q. vj. §. Ex his. de renunciat. niſi cum pridem. de regula. licet. Secundo propter difficultatẽ. Unde dicit apoſtolus. Caro eni concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ⁊ ſpũs aduerſus carnem. i. hominem exteriorẽ. Hec eni ſibi inuicem aduerſant: vt non quecũqꝫ vultis: illa faciatis. Nam pugna talis grauiſſima eſt. Nam hugo libro. j. de ſacramẽtis parte. vij. ca. ix. dicit Temptatio carnis difficilius vincitur. Hinc aplus de tali pugna ad Ro. vij. conquerit dicens. Miſer ego: qs me liberabit de corpe mortis huius. xxxij. q. v. Si paulus. ꝙ ſic neceſſaria eſt exhortatio. Tertio

propter vtilitaté. Unde apl'us. q ſi ſpiritu ducimini non eſt eſtis ſub lege: vz concupiſcentie que ſm magiſtrum ſententiarũ di.xxvj.ij.libri dicitur languoꝛ nature: vel lex membꝛoꝛum vel tyrannus: vel lex carnis.xix.q.ij.Due ſunt.

¶ Secunda queſtio pñtis ſermõis que vz ſunt arma huiꝰ pugne inter ſpiritum ꝛ miſerrimã carnem.

q Uerit a doctoꝛibus circa ſcđam partem pñtis epl'e: Que ſunt arma huius pugne inter ſpiritũ ꝛ carné? Et dicunt alex. de ales: ꝛ Nico.de lyra ſuper hanc epl'am: q arma carnis ſunt eius opa ad que ipſa inclinat.puta luxurie et gule. Hinc apoſtolus ait.Manifeſta ſunt opa carnis: q: ſunt ſenſibilia que ſunt foꝛnicatio: quantum ad concubitũ ſoluti cuz ſoluta: immũdicia: quantũ ad vicium contra naturã: Impudicicia: quantũ ad exterioꝛé inhoneſtaté in aſpectu: geſtu ꝛ huiuſmõi. Luxuria nomen eſt generale: ad quod oĩa reducunt. Idoloꝛũ ſeruitus que ſolet ſequi ad luxuriã: vt patet.iij.Re.xj. de ſalomone Ueneficia.i.ſacrilegia que fieri ſolent ratiõe libidinis Inimicicie latentes in aĩo: vt patet de abſalone.ij.Regũ.xiiij. contra Amon. Contẽtiones: in verbis clamoꝛoſis. Emulationes in verbis pungitiuis.ire: in vindicandi appetitu. Rixe: in vindicandi actu. Diſſenſiones: qñ incipiunt fieri partes Secte: qñ ſunt firmate: inuidie in aĩo.homicidia in facto: Quãtũ ad gulã ſunt. Ebꝛietates.i.potus extra menſurã rationis. Cõmeſſationes in oꝛdinationes circa cibũ: ꝛ his ſimilia: ad que pꝛona eſt caro: ſicut nimia mollicies lectoꝛũ. balneoꝛũ ꝛ huiuſmodi: que pꝛedico vobis añ iudiciũ: ſicut pꝛedixi: q: tunc penitere nõ poteritis: qm̃ qui talia agunt regnum dei non ꝯſequunt: contra erroꝛez dicentium: q poſt curricula tempoꝛũ ſaluabunt. Arma vero ſpiritus ſunt.xij.fructus eiꝰ ſuaues. Pꝛimo charitas radix affectionũ. Charitas eni diffuſa eſt in coꝛdibꝰ nr̃is: per ſpiritum ſanctũ ad Ro.v. Secundo gaudiũ quod eſt de pñtia amati.j.Joh.iiij. Qui manet in charitate: in deo manet. Tertio pax in oibus: ſine qua nõ eſſet perfectum gaudium. Quarto patientia contra aduerſa. Quinto longanimitas: vt i expectatiõe futuroꝛũ nõ ſit cõturbatio. Sexto bonitas quãtum ad voluntatem erga pꝛoxmũ. Septimo benignitas: quantũ ad executioné operuz. Octauo manſuetudo: quãtũ ad ire mitigationé Nono fides quo ad diuina. Decimo modeſtia in omibus modũ ſeruando. Undecimo cõtinẽtia: vincendo cõcupiſcentias foꝛtes. Duodecimo caſtitas nec illas patiendo Aduerſus huiuſmodi non eſt lex: videlicet carnis: quia ſunt duodecim fructus ligni vite.

¶ Queſtio tertia pꝛaſentis ſermonis quomodo videlicet homo potet triumphaliter de carne victoꝛiã habere et obtinere.

q Uerit a doctoꝛibus circa tertiã parté pſentis ſmonis. Quomõ vz hõ poteſt triumphaliter de carne v

ctorū obtinere: Et dicit breuiſſime Nico. de lyra: q hoc pōt homo carnem crucis pñia affligēdo clauiſq; cōclauādo pceptis iuſticie cū gratia ſpūs. Uñ ait apl's. Qui xpi ſunt carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. Hinc ad Ro. xiij. Carnis curā ne feceritis. De cōſe. di. v. Non mediocriter. Quia nemo pōt duobus dominis ſeruire: vt dicit euāgeliū hodiernū Mathei. vj. deſcriptū. Querite ergo primū regnū dei ad quod p victoriā ſpiritus pducat nos dñs. Amen.

¶ Dñica. xv poſt pēthe. de inſtitutiōe ⁊ doctria xpiana. Sermo. xlij.

I ſpiritu vivimus: ſpiritu ⁊ ambulemus. Nō efficiamur inanis glie cupidi. ad Gala. vj. ca. hec verba ſcribūt. Pro exordio pſentis ſermonis a doctoribus querit. Utrū in vita xpianoꝝ cupiditas glorie ſit maximum peccatoꝝ atq; pncipiū. Et dicit Alex. de ales: ⁊ Nico. de lyra q ſic. Primo ratione vane conſiderationis: quia cōſiderando res quarū homines ſunt glorie cupidi: in eis nō inuenit niſi vanitas. Nam alij gloriantur in diuitijs: de quibus in pſal. dr Qui cōfidunt in virtute ſua: ⁊ in mltitudine diuitiarū ſuarū gloriantur Aliqui gloriant in delitijs. De quibus ad philip. iij. dicit. Quoꝝ deꝰ venter eſt: ⁊ gloria in cōfuſione eoꝝ qui terrena ſapiūt Aliqui gloriant in excellentijs: ſicut arſaphaxat rex medorū de quo iudith. j. dicit. Gloriabat quaſi potēs in potētia ſua: et in gloria quadrigarū ſuarū. Aliqui gloriant in malicijs. Unde in pſal. Quid gloriaris in malitia. Hec aūt oia vana ſunt: et nihil ex eis remanet: niſi reatus ad penā. Scđo ratione maloꝝ multorū productionis Nam ex hac cupiditate glorie multa prouenīūt mala: et prouenerunt Ea enim primus angelus de celo piectus eſt Eſa. xiiij. Primi parētes deiecti ſunt de paradiſo voluptatis Geñ. iij. Saul pdidit regnū. j. Re. xiiij. Nabuchodonoſor effectus eſt ſicut beſtia Daniel. iiij. Amā ſuſpēſus eſt. Phariſeus reprobatus eſt. Luce. xviij. Tertio ratione doctrinationis. Nam Jere. iiij. dicit. Nō gloriet diues in diuitijs ſuis: nec ſapiens in ſapientia ſua: nec fortis in fortitudine ſua. Sed qui gloriat in hoc gloriet. ſ. ſcire et noſſe me. Et apl'us dicit verba ppoſita pſentis epl'e. In qua pro eius expoſitione tres q̄ſtiones declarande ſunt. Prima quarū eſt de doctrina platorū: quomō inſtruēdi ſunt plati. Alia eſt de doctrina ſubditoꝝ: quomō vz inſtruendi ſunt ſubditi. ibi. cōicet aūt Tertia eſt de doctrina cōi omnium quomō. ſ. oēs cōmuniter inſtruēdi ſunt. ibi. Que enim.

¶ Prima queſtio pſentis ſermōis: Quomodo inſtruēdi ſunt ſuperiores maiores: atq; doctrinādi plati.

Uerit a doctoribus circa primā partē pſentis epl'e Quomō inſtruendi ſunt ſuperiores ⁊ plati. Et dicunt q triplici doctrina: vt de reliquis taceamus. Prima quarū eſt apl'i in pñtiarū: vbi tres doctrinas pulcherrimas dat ſuperioribus ⁊ platis. Prima eſt gratie: dicēs. Si

pro quia:ſpiritu.i.gratia ſpirit⁹ ſancti viuimus:tanq̃ꝫ maiores ꝛ prelati:ſpiritu ꝛ ambulem⁹:dãdo bonū exemplū ſubditis. Unde infert. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi:que eſt principiū tãtoꝝ maloꝝ:vt dictū eſt:inuicē ꝓuocantes verbis iniuriosis:ſicut eſau Jacob.inuicē inuidẽtes. Sicut cayn abel.ꝛ dauid inuidia pſecut⁹ eſt a ſaule. Alia eſt culpe dices:Fratres:ꝛ ſi ꝓocupatus fuerit homo in aliquo delicto:vos qui ſpirituales eſtis.i. eſſe debetis huiuſmodi inſtruite.i. ad bonū reducite in ſpiritu lenitatis:ꝛ in manſuetudine. Peccãtes enim ex certa malitia acriter ſunt puniendi: ſicut petrus puniuit ananiã. Actu.v. Conſiderans teipm̃: ne ꝛ tu tenteris. Unde maiores debẽt ſuſtentare onera ſubditoꝝ. Unde Grego.in moralibus. Princeps greco eloquio. baſileos .i.baſis populi dicit̃. Sicut eni baſis totuꝫ edificiū ſuſtinet: ita maior fragilitatē omnē ſubditoꝝ. Tertia eſt pene dicens. Alter alterius onera portate. quantomagis ſuperiores ꝛ prelati:ꝛ ſic adimplebitis legē chriſti.que dicit Jo.xv. Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē. Naꝫ ſi qs exiſtimat ſe aliquid eſſe.ſ. magnum:cū nihil ſit ſcꝫ niſi vanitas: ipſe ſe ſeducit. Opus autē ſuum probet vnuſquiſq;:vꝫ diligenter examinet:ꝛ tūc in ſemetipſo habebit gloriam:vꝫ teſtimonio cõſcientie:ꝛ nõ in altero:videlꝫ falſa laude alteri⁹. Unuſquiſq; eni' onus ſuū portabit Et tamē vt dicit grego. in paſtora. prelati tot mortib⁹ digni ſūt quot ad ſubditos ꝑditiõis exempla trãſmittūt. Alia ꝑncipalis doctrina eſt Gregorij in paſtorali dicẽs. Sit recto ꝛ cogitatione mūdus: actione ꝑcipuus:diſcretus in ſilẽtio: vtilis in verbo:ſingulis per cõpaſſionem ꝓximus: bene agentibus ꝑ humilitatē ſocius:pre cunctis in cõtemplatione ſuſpẽſus: interioꝝ curam exteriorū occupatione nõ minuēs Exterioꝝ prouidentiã interioꝝ ſollicitudine nõ relinquens. Tertia ꝑncipalis doctrina eſt eccleſie:que dicit:ꝙ ꝓlatus debet corrigere peccata ſubditoꝝ nõ ex odio ſed ex charitate.xcvj.di.Otho. Et ſi negligit peccat grauiter.lxxxvj. di. Nemo. Et ca.error. Nec debet eē remiſſus xxiij.q.iiij. Eſt iniuſta. Nec debet eſſe crudelis.xxv.di. Licet.

¶Queſtio ſcda ꝑſentis ſermonis: Quomõ vꝫ inſtruendi ſunt ſubditi.

q Uerit̃ a doctoribus circa ſcdam partē ꝑſentis epl'e Utrū ſubditi teneant̃ obedire ſuperioribus ꝓlatis: Et dicit Alex.in tertia parte.ꝛ ſanctus tho.2ª.2ᵉ.q.c.iiij.ar.v.ꝛ Nico de lyra:ꝙ ſic:niſi precipiãt inhoneſtum:ꝛ cõtra deū.di.viij.que cõtra mores:niſi etiã ꝑcipiant ꝯtra precepta ſuperioꝝ.xj.q.iij. Qui reſiſtit: ꝛ niſi ꝑcipiant que non poſſunt. Uñ actuuꝫ.iiij.petrus dixit. Si iuſtum eſt vos potius audire q̃ꝫ deū: iudicate: hinc apl's inſtruẽdo ſubditos ait. Communicet autē is qui cathezizatur.i.inſtruit̃:verbo ei qui ſe cathetizat in omnib⁹ bonis ꝛ nõ malis Mathei.xiij. Quecūq; dixerint vobis ſeruate ꝛ facite:ſcdm ꝓo opera eoꝝ nolite facere Et dicit in omnibus bonis:quia ꝑdicantes euãgelium de euãgelio debent viuere.j.

ad Corinthe.ix. Nolite errare ſcꝫ credēdo ꝙ ſubditi nō teneanť obedire maioꝛibus: vel miniſtrare p̄dicantibus tēpoꝛalia. Deus non irridetur.ſ. talibus idest nō decipitur.

¶Querit a doctoꝛibus circa tertiā partē ſermonis: Quomodo oēs inſtruendi ſunt atqꝫ doctrinādi.

q Uerit a doctoꝛibus circa tertiā partē euangelizantis ep̄le. Quomō oēs cōmuniter inſtrnēdi ſūt: Et dicunt ſcdm ap̄lm ꝙ triplici admonitione. Prima quarū eſt generalis.di. Superioꝛes debēt ſubditos leniter inſtruere: ſubditi ꝟo teneně ſcdm ꝟba ſupioꝝ facere ⁊ eis tp̄alia miſtrare. Sed eſt āmonitio ſn̄ia generalis. Quecūqꝫ ſeminauerit homo: hec ⁊ metet.i.ſcdm differentiā operū ⁊ meritoꝝ erit differētia fructuū et p̄remioꝝ. Et hanc ſn̄iam declarat dicens. Quoniā qui ſeminat in carne ſua: vꝫ operando: facta carnalia: de carne metet coꝛruptionez .i. de factis eius ad litterā. ſicut herodes: vel vt dicit ad Ro.viij. Si ſecundū carnē vixeritis moꝛiemini. vt diues epulo Luce.xvj. Qui autē ſemiat in ſpiritu de ſpiritu et metet vitā eternā. Juxta illud ad Ro.viij Stipendia peccati moꝛs. gr̄a dei vita eterna. Alia admonitio eſt vniuerſalis: di. Bonū autē faciētes nō deficiamus: quia tēpoꝛe ſuo metemus: vꝫ poſt moꝛtē vel in die iudicij Nam mathei.x. ſcriptū eſt. Qui p̄ſeuerauerit vſqꝫ in finez hic ſaluus erit. De pe.di.ij. nō reuertebantur. Alia admonitio ē valde ſinglaris di. Ergo dum tēpus habemus operemur bonum ad oēs maxime aūt ad domeſticos fidei. Sicut xp̄s cōpaſſus eſt vidue vt dicit euangeliū hodiernū Luce.vij. deſcriptū. Quē oꝛemus vt nobis cōpatiendo in p̄ſenti donet gratiam ⁊ in futuro gloriam. Amen.

¶Dn̄ica.xvj.poſt penthe. de virtute pſeuerantie. Sermo.xliij.

o Bſecro vos ne deficiatis in tribulationibus. Ad ephe.iij. ca. hec verba ſcribunť. Pro exoꝛdio p̄ſentis ſermōis a doctoꝛibus querit. Utrū cōſtantia ptineat ad pſeuerantiā. Et dicit ſcūs Tho.2ª.2ᵉ.q.cxxxvij.ar.iij. ꝙ ſic. Quia ad vtrāqꝫ pertinet firmiter cōſiſtere in aliquo bono perſeuerātia ꝟo hoc facit ꝯtra difficultatē q̄ pꝛouenit ex diuturnitate actus: conſtātia vero eſt cōtra difficultatē: que p̄uenit ex alijs exterioꝛibꝰ impedimētis. Et ideo Paulus vt epheſij eēnt cōſtantes in aduerſis: ⁊ ne deficerēt a fide: quia ipſe erat in vinculis ait verba ꝓpoſita. Obſecro vos ne deficiatis in tribulatiōibus meis. In qua quidē ep̄la pꝛo eius expoſitiōe tres queſtiōes ſunt declarāde Quarum p̄ma eſt de pſeuerantie dignitate. Utrū vꝫ ſit virtus? Alia eſt de pſeuerantie qualitate: Utrū vꝫ pſeuerantia indiget auxilio gratie: ibi huius rei gratia Tertia eſt de perſeuerantie decoꝛabilitate. Utrū vꝫ pꝛo ea teneať homo deo ad gratiarum actiōes. ibi. ei aūt q potens eſt

¶Queſtio pꝛima p̄ſentis ſermōis Utrū pſeuerantia ſit virtus.

q Uerit a doctoribus circa primã partẽ pſentis ep̄le. Utrũ pſeuerãtia ſit virtus Et dic̄ Thomas 2ᵃ 2ᵉ.q. cxxxvij.ar.j.ꝙ ſic. Quia ſm ph̄um ij.phicorum. virtus eſt circa diffi// le ⁊ bonum:⁊ quia diu inſiſtere ali/ cui difficili bono ſpecialẽ difficulta tem habet. ideo diu ꝑſiſtere in aliq̄ bono vſqȝ ad cõſumationẽ pertinet ad ſpecialẽ virtutẽ. Uñ perſeueran tia eſt ſpecialis virtus ad quã perti net in omnibus operibus virtuoſis diuturnitatẽ ſuſtinere prout neceſſe eſt. Unde paulus ait. Obſecro vos ideſt ꝑ ſacra oro:ne deficiatis in tri bulationib⁹ meis.i.ne territi ꝓpter tribulationes meas in bono defici atis:pro vobis.i.quas ſuſtineo: eo ꝙ p̄dicaui vobis: ⁊ vt exemplũ pa/ tientie dem vobis que eſt gloria ve ſtra.i.meritum glorie veſtre.

¶ Queſtio ſc̄da p̄ſentis ſermonis vtrum videlicȝ pſeuerãtia indigeat auxilio gratie.

q Uerit a doctoribus circa ſc̄dam partẽ p̄ſentis ep̄le Utrũ pſeuerantia indige at auxilio gratie Et dicit ſcũs Tho.2ᵃ 2ᵉ.q.cxxxvij.ar.iiij.ꝙ ſic. Quia cũ liberũ arbitriũ de ſe ſit vertibile:nõ ſolũ requirit gratiã ha bitualẽ: vt ſic bonũ eligat: ſed etiã auxiliũ actuale diuinũ: vt ſe immo/ biliter in bono ſtatuat. Uñ aut acci piat perſeuerantia pro habitu: aut ꝑ actu durante vſqȝ ad mortẽ:ſemp indiget auxilio dei gr̄e. Hinc aug. in li.de pſeuerantia dicit. Aſſerim⁹ donũ dei eſſe pſeuerantiã:qua vſqȝ in finẽ pſeuerat in xp̄o.et ꝓpterea paulus ait. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ dñi noſtri ieſu xp̄i:ex quo omnis paternitas in ce lo et in terra nominat:quia omnis creature emanatio eſt a deo primo ſm eẽ nature. ⁊ ſic dicat pater oim per creationẽ. Sc̄do ſm eſſe gr̄e. et ſic dicit pater angelorũ ⁊ hoium per adoptionẽ. Ipſe etiã filius eſt a patre ꝑ eternã generationẽ. Uñ oĩs paternitas ab ipſo prie noiatur vt det vob̄ ſm diuitias glie ſue vir tutẽ.vȝ pſeuerãtie. corroborari per ſpm̄ ei⁹ in interiori hoie: habitare xp̄m per fidem in cordibus v̄ris: in charitate radicati ⁊ fundati vt poſſi tis cõprehẽdere cũ oĩbus ſanctis: que ſit latitudo.vȝ charitatis ad ini micos ſe extendẽtis. longitudo ad premiũ expectandũ: ſublimitas ad deũ diligendũ:⁊ ꝓfundũ ad proxi/ mis condeſcendendũ Scire etiam charitatẽ xp̄i.i.ꝑ quã vnimur xp̄o: ſupeminentẽ ſcientie.i.notitie.quã habemus de ipſo: vt ipleamini in oẽm plenitudinẽ dei.i.donis que ab ipſo donantur cum charitate.

¶ Tertia queſtio p̄ntis ſermonis Utrũ vȝ pro perſeuerantia teneat homo deo ad gratiarum actiones.

q Uerit a doctoribus circa tertiam partẽ p̄ntis ep̄le. Utrũ homo per virtutem pſeuerãtie habita teneat deo ad gratiarũ actiones. Et dicit ſcũs. Tho.2ᵃ 2ᵉ.q.cvj. artic̄.iij. ꝙ ſic. Quia naturalis ordo requirit: vt qui ſuſcipit beneficiũ.per gr̄arũ recompẽſationẽ conuertat ad bene factorẽ. Et qꝛ deus eſt principalis benefactor oium: ideo recipiendo donũ perſeuerãtie tenet homo ad deũ cõuerti ꝑ gratiarũ actiões. Hic

dyoniſius.j.ca.de diuinis noibus ait: Deus oia in ſe conuertit tanq̄ oim cauſa. Et ꝓpterea ad Collo. vltimo paulus ait: In oibus gr̄as agite. Et in tertia parte huius ep̄le dicit. Ei aūt qui potens eſt oia fa/cere ſupabundāter q̄ȝ petimus aut intelligimus. ſm virtutē vȝ diuinā que operaꝛ in nobis: q: virtus ꝑme cauſe operaꝛ in oibus ſcd̄is agen/tibus: ipſi gl̄ia. vȝ laus in eccleſia. in xp̄o ieſu.i.cōgregata. ⁊ in omēs generatiōes ſeculi ſeculoꝝ. i. eter/nals. Quia eius gloria maxime re/lucet in eccleſia trīūphante: de qua dicitꝛ in pſal.lxxxiij. Bti q habitāt in domo tua in ſecula ſcl'oꝝ lauda būt te. Ergo quiſq; vr̄m ſtudeat in bono pſeuerare. que talis ac tanta virtus ē: ⁊ hoc cū auxilio dei: a quo omne bonū eſt: ſibi ſemꝑ referendo gratias. vt: quod euangelium hodi ernuȝ dicit Luce.xiiij. deſcriptū: in eterna gl̄ia nr̄m cuiq; magno cum gaudio dicat. Amice aſcende ſupe/rius: vbi ſemꝑ manere poſſim⁹ per eterna ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Dñica. xvij. poſt penthecoſtes de pace ⁊ concordia ⁊ vnitate chri/ſtianorum. Sermo.xliiij.

o Bſecro vos ego paulus vinctus in dño: vt digne ambule tis vocatione qua vo/cati eſtis. ad Ephe.iiij.ca. hec ṽba ſcribunꝛ. Pro exordio p̄ntis ſermo nis a doctoribus queriꝛ. Utrū fun/damentū pacis ⁊ vnitas xp̄ianorū ſit charitas. Et dicit alex. de ales: et ſctūs Tho.2ª2ᵉ.q.xxiij.ar.j.ꝙ ſic. Primo q: ſm philo.viij. ethicoꝝ. Non quilibet amor dicitꝛ amicicie ſed amor qui eſt cum beniuolentia: qñ vȝ amamus aliquem vt ei bonū velimus. Ridiculū eſt enī dicere ꝙ aliquis habeat amiciciā ad id cui⁹ bonū velimus nobis: puta ad equū ad porcum: ad vinū: ad huiuſmodi Reqriꝛ etiā ad amiciciā mutua be/nignitas vel beniuolentia q̄ funda tur ſuꝑ aliqua cōmunicatione. Cū igiꝛ ſit aliqua cōmunicatio ad deū ſm ꝙ nobis ſuā fidē in hac vita cō municat: ⁊ ſuā btitudinē in alia cō/municat: ſuꝑ hac cōmunicatiōe oꝫ aliquā amiciciā fundari. De qua cō municatione dicit.j. Cor.i. fidelis deus per quē vocati eſtis in ſocieta tem filij eius. Amor autem ſuꝑ hac cōmunicatione fundatus eſt chari tas. Uñ manifeſtū eſt: ꝙ charitas eſt fundamentū amicicie: pacis: et vnionis. Secūdo quia ad Collo. iij. apl'us ait. ſuper oia habete chari tatem que eſt vinculuȝ ꝑfectionis.

Tertio quia dicit verba ꝓpoſita p̄ntis ep̄le declarande idem ap̄ls. Obſecro vos.i.oro ꝑ ſacra: ego vin/ctus ſcȝ in carcere. in dño.i. propter deū: vt digne ambuletis: vocatiōe qua vocati eſtis: vȝ in vnitate fidei ⁊ charitate. In qua ep̄la pro ei⁹ ex/poſitione tres queſtiones ponende ſunt. Prima quarū eſt de pacis et vnionis xp̄ianoꝝ cauſalitate Utrū vȝ pax ⁊ vnio talis ſit effectus cha/ritatis. Alia eſt de pacis ⁊ vniōis augmētabilitate. Utrū vȝ ſint ali/que virtutes que habeāt agmētare hanc pacē ⁊ vnionē. ibi. cum omni humilitate. Tertia eſt de hui⁹ pa/cis ⁊ vnionis firmabilitate. Utrū vȝ hec pax et vnio chriſtianorū ſirmē

tur aliquibus. Et que ſunt illa. ibi. vnus deus. et alia.

¶ Queſtio prima preſentis ſermonis Utrũ videlicet pax et vnio xpianorum ſit effectus charitatis.

q Ueritur a doctoribus circa primã partẽ pñtis ep̃le Utrũ pax et vnio xpianorũ ſit effectus charitatis. Et dicit Alexander. de ales et ſctũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. xxix. articu. iij. q̄ ſic Primo q2 pax et vnio xpianorũ dicit vnionẽ oim̄ propriorũ appetituũ in vnũ: et hãc vnionẽ facit charitas ſm̄ q̄ deus diligitur ex toto corde: vt ſ. oĩa referamus in ipſum: et ſic oẽs appetitus noſtri in vnum feruntur Scdo quia talis pax dicit vnionẽ appetitus proprij cũ appetitu alterius et hanc vnionẽ etiã facit charitas. prout diligimus proximũ ſicut nos Unde contingit q̄ hõ vult implere voluntatẽ proximi ſicut et ſuiipſius Hinc ph̃us. ix. Ethicorũ: et Tulius de amicicia dicit. Amicorum eſt idem nolle et velle. Tertio. q2 in pſal. dr̃ pax multa diligẽtibus legem tuam Quã cũ oibus debemus habere vt ait ap̃lus ad Ro. xij. xj. q. iij. Inter verba. Et xp̃s venit hãc pacẽ docere Iohis. xiiij. xij. q. j. niſi bella. Ad hanc hortatur ap̃ls: dicens. Obſecro vos: et alia q̃ ſuperius declarata ſũt

¶ Queſtio. ij. pñtis ſmõis Que virtutes ſit: q̃ hãc pacẽ hẽant agmẽtare

q Queritur a doctoribꝰ: circa tertiam partẽ pñtis ep̃le: que ſũt virtutes que hãc pacẽ et vnionẽ habeant augmẽtare. Et dicũt. q̄ ſunt iſte de ſcripture. Prima quarũ eſt hũilitas. Unde dicit ap̃ls. Cũ oi humilitate interiori et exteriori. q̃ quis ſe oibꝰ ſubdit. non ſolũ ſuperiori: verũetiã equali et inferiori. De q̃ dicit dñs Matth. iij. Decet nos iplere oẽm iuſticiã. vz perfectã hũilitatẽ. Alia eſt manſuetudo. de qua Jacobi. j. dicitur. In mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbuz. Tertia eſt patientie. Unde ap̃lus. Cũ patientia ſupportantes inuicẽ. Et quia Jacobi. v. dicitur: patiẽtia opus perfectũ habet ideo addit. In charitate. Quia. j. ad Thimothe. j. Finis precepti eſt charitas. Sollicti obſeruare vnitatem ſpũs. i. vnitatẽ eccleſiaſticaz ſm̄ glo. que eſt a ſpũ ſctõ. in vincl'o pacis. i. in charitate: que eſt vinculum pacis. De pe. di. ij. Charitas: Unũ corpus et vnus ſpũs ſicut vocati eſtis in vnaz ſpem vocationis veſtre. videlicz ad vnã rem ſperatã que eſt finis vltimus.

¶ Tertia queſtio praſentis ſermonis. Utrũ hec pax firmetur aliquibus. et que ſunt illa.

q Ueritur a doctoribꝰ circa tertiam partẽ pñtis ep̃le. Utrũ vz talis pax firmetur aliquibus. et que ſunt illa Et dicunt q̄ talis pax et vnio pmo firmatur vnitate domini. Quia ap̃ls dicit vnus dñs: cui. ſ. ſeruire debent oẽs chriſtiani. Unde ſciſma poteſt peruenire ex voluntate dñorũ cõtraria volentiũ. Scdo firmatur vnitate fidei. Quia dicit ap̃lus. Una fides quia licet ſint articuli multi. tamen omẽs innituntur veritati diuine. per quã eis aſſentimus que ẽ vna. Unde Dyoniſius ait: Fides eſt circa ſimplicẽ et ſemp exiſtentẽ veritatez. Et ſicut ipſa eſt vna. Deutro. vj. Audi

israel.Dñs deus tuus vnus eſt: ita
ipſa fides eſt vna. Tertio firmatur
vnitate ſacraméti. Quia dicit apl's
vnū baptiſma Quia licet ſint multi
miniſtri baptizantes exterius :tamē
eſt vnus qui baptizat interius.vilȝ
xp̄s Joh.j. Hic eſt qui baptizat in
aqua ⁊ ſanguine.de cōſecra.di.iiij.
Baptiſmus. vnus deus ⁊ pr̄ oium
per creationē qui eſt ſuper oēs per
excellentiā. et per oia :.per genera/
lem gubernationē: ⁊ in oibus nob
per gratiā vnionis ⁊ pacis. quā ſer
uare tenent oēs xp̄iani:nō ſolū pro
pter ea que dicta ſunt in expoſitio/
ne huius epl'e:ſed etiam ꝓpter euā
geliū hodiernū ꝫMath. xxij.deſcri
ptum Quod loquit ſingulariter de
charitate in maximo mandato qđ
eſt fundamentū hui⁹ vnionis.Quā
ſeruare concedat nobis altiſſimus

¶ Dñica.xviij. poſt penthecoſtes
de gratijs agendis pro beneficijs
receptis. Sermo.xlv.

g Ratiasȝ ago
deo meo ſemꝑ pro om
nibus vobis.j.ad cor.
j.hec verba ſcribuntur
Pro exordio pn̄tis ſermonis que/
ritur a doctoribus. Utrū magis te
neatur innocens gratias:reddere
deo q̄ȝ penitēs. Et dicit alexan.de
ales et ſ.tho.2a2e. q.cxvj.arti. ij.ꝙ
ſic. Primo ratione quantitatis da
ti. Quia maius donū ei dat a deo:
et ſic innocens magis tenet q̄ȝ pe/
nitens . Sed ratione gratitudinis
magis tenet penitens: quia magis
dat gratis illud quod ei dat a deo.
Cū enī eſſet dignus penena:dat ei
gratia. Unde augu.ij.Confeſſ.ait.
Gratie tue deputo et miſericordie
ꝙ peccata mea tanq̄ȝ glaciē ſoluiſti
Gratie tue deputo:quecūq; feci nō
mala. Et luce.vij. Cui plus dimitti
tur:plus diligit. Extra de bapti.ma
iores. Et quia paulus fuerat eccl'ie
pſecutor:.⁊ corinthij.peccauerāt : ⁊
gratiam inuenerunt.ideo dic. Gra
tias ago deo meo ſemꝑ pro vobis
¶ In qua epl'a pro eius declaratio
ne tres queſtiones declarāde ſunt
Quarum prima eſt:de gratiarum
actionuȝ obligatione. Utrū vȝ hō
obligetur reddere grās deo? Alia
eſt de gratiarū actionū occaſione.
propter quod tenet homo reddere
gratias deo.ibi. quia in omnibus.
Tertia eſt de gratiarū actionum
humiliatione. Utrum videlicet ad
reuerēdas gratias deo requiratur
humilitas.ibi. Expectantibus re/
uelationem dn̄i noſtri ieſu chriſti.

¶ Queſtio prima preſentis ſermo/
nis quare videlicet homo obligat
reddere gratias deo?

q Ueritur a doctoribus circa
p̄mā ptē pn̄tis epl'e.Qua
re obligat homo ad refe
rendum gratias deo? Et
dicunt alex. de ales: et ſ.tho.2a2e.
q.cvij.arti.j.⁊.ij. Quod debitū gra
titudinis eſt quoddā debitū hone/
ſtatis:quā virtus reqrit que diuer/
ſos gradus habet. Primus quorū
eſt:ꝙ homo acceptum beneficiū re
cognoſcat : quia grauiſſimū ingra
titudinis pctm̄ eſt per obliuionē be
neficiū nō cognoſcere. Aliud eſt ꝙ
laudes et gratias agat: q2 ſatis gra
ue eſt beneficiū diſſimulare. Ter/
tius eſt ꝙ retribuat pro loco et tp̄e

ſm ſuam facultatẽ. vñ manifeſtum eſt ꝙ acipiens beneficiũ obligatur reddere gratias deo: aliter faciens ex negligentia vel ex aliqua indiſpoſitione hoīs ad virtutẽ peccat venialiter ſed ex ↄtẽptu peccat mortaliter. et multo magis qui contrarium agit. Hinc paulus ait. Gratias ago deo meo ſemp. i. horis mihi ad orandũ cõgruis: et deputatis pro vobis in gratia dei: q̃ data eſt vobis in xp̃o ieſu Nam ioh. j. dicit De plenitudine eius omnes accepimus. Gratia et veritas per ieſum xp̃m facta eſt. De pe. di. j. Libẽter.

¶ Queſtio ſecunda preſentis ſermonis ꝑpter quod tenet homo reddere gratias deo.

Queritur a doctoribus circa ſcdam partẽ p̃ntis ſermonis et ep̃le. Propter qd̄ tenet homo reddere gratias deo? Et dicũt ſuꝑſcripti doctores: ꝙ ratiõe ſubtractionis beneficij. Nã quãuis nõ faciliter ſit iudicanda ingratitudo. quia vt dicit. Seneca. Frequenter aliquis eſt ingratus: quia aliter non poteſt recognoſcere: tamen qñ ex pluribus beneficijs homo fit magis ingratus: ſibi ſubtrahẽda ſunt beneficia. vnde Math. xviij. Seruus propter ingratitudinẽ traditus eſt tortoribus De peni. di. iiij. In principio. ideo paulus ait. Quia in oībus diuites facti eſtis in illo. i. ꝑpter illũ. In oi verbo vz linguarũ: ⁊ in omni ſcientia ſcripturarũ ad ſalutẽ ꝑtinentiũ ſicut teſtimoniũ xp̄i confirmatũ eſt in vobis. ideſt firmiter euangeliũ radicatum. ita vt nihil deſit vobis in vlla gratia

¶ Queſtio tertia p̃ntis ſermonis. An ad referendũ gr̃as deo requiratur humilitas velut ỽtus neceſſaria

Queritur a doctoribus circa tertiam partẽ ep̃le. Utrũ ad referendum gr̃as deo requirat humilitas velut virtus neceſſaria? Et dicũt ſupradicti ꝙ ſic. Primo vt dicit ſ. tho. 2ª 2ᵉ q. clxj. ar. j. Q: ſicut ad appetitũ boni neceſſaria eſt vna virtus que firmat aīum cõtra deſperationẽ: ſicut eſt magnanimitas. Ita eſt neceſſaria alia virtus que refrenet animũ ne imoderate tẽdat in illud. Et iſta eſt humilitas ⁊ quia referre gratias deo eſt bonũ. ergo ⁊c̃. Scd̄o q: dicit greg. Humilitas eſt radix et cuſtos oīum virtutũ. Ideo. j. petri. v. Humiliamini ſub potẽti manu dei iij. q. j. Nulli. Tertio quia paulus in hac tertia parte ad humiliandũ corinthios pro quibus agebat gratias deo: inducit memoriã iudicij dicens. Expectãtibus reuelationẽ dñi noſtri ieſu chriſti. Ergo exemplo pauli cũ corinthijs agamꝰ gratias deo de bñfi̇cijs receptis: ſicut tenemur: quia nõ dant a deo meritis noſtris: ſed merito nauicule crucis: quã xp̄us aſcendit. Ut dicit euangeliũ hodiernũ mathei. ix. deſcriptũ. Unde aug. in ep̄la ad marcelinũ ait. Quid melius et gratius et ore ꝑmamus ⁊ calamo exprimamus: q̃ȝ vt deo gr̃as agamus. Hoc nec dici breuius: nec audiri letius: nec intelligi gratius nec agi fructuoſius poteſt. Sic igit faciamus: vt in ſempiternũ gaudeamus Ipſo p̄ſtante: qui patri gratias egit ⁊ nũc cum eo et ſpiritu ſancto viuit et re

gnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Dñica.xix.poſt pentheco.de re/
formatõe vite xp̄iane Sermo.xlvj

R Enouami/
ni ſpiritu mētis veſtre
⁊ induite nouū homi
nem qui ſm̄ deū crea
tus eſt. Ad ephe.iiij. hec verba ſcri
buntur. Pro exordio preſentis ſer
monis a doctorib⁹ queritur. Utrū
pro renouatione vite omnes teneā
tur ad baptiſmū? Et dicunt alexan
der de ales in.iiij.parte in tractu de
baptiſmo. Bonauentura: thomas
et richardus in iiij.di.vj.q̄ ſic. Pri
mo propter acquirendū caracterē:
quo anumeret̄ populo dei: et depu
tetur ad percipiendū diuina ſacra/
menta. Scđo vt etiā paſſioni xp̄i
corporaliter cõformet̄. Tertio pro
pter bonum obedientie. ideo dicit
apl's verba propoſita p̄ntis epiſto
le declarande. ¶ In qua pro expo/
ſitione ſunt tres queſtiones decla/
rande. Prima quarum eſt de vite
chriſtiane reformationis neceſſita
te. Utruz videlicet vita chriſtia/
ni deformata debeat reformari per
penitentie ſacramentū? Alia eſt de
vite chriſtiane reformationis qua
litate. Quō videlicet debeat refor/
mari ad proximū poſtq̄z reformata
eſt per penitentiā in ſeipſum. ibi. p
pter quod. Tertia eſt de vite chri/
ſtiane reformationis effectus boni
tate. Quis videlicet eſt effectus ei⁹
reformatōis in deū. ibi. magis aūt

¶ Queſtio prima preſentis ſermo/
nis. Utrū videlicet vita xp̄iani de/
formata per peccatū debeat refor/
mari per penitentie ſacramentum?

Q Uerit a doctoribus circa
primā partē preſentis epi
ſtole Utrū vita chriſtiani
per peccatuz deformata
debeat renouari per penitentie ſa/
cramentū? Et dicūt ſupradicti do/
ctores in.iiij.di.xiiij.arti.j.et.q.j.⁊
ij.q̄ ſic. Quia per penitentiā in cha
ritate aſſumptā remittit̄ oīs pena
Juxta illud ezechiel.xviij. Si impi
us egerit penitentiaz ab omnibus
peccatis ſuis: omniū iniquitatū ei⁹
quas operatus eſt amplius non re
cordabor. de peni.di.iiij.§. Porro
Secūdo q: per penitentiā forma/
tā ſi fuerit multū intēſa: pōt exolui
omnis pena: vt patet in latrone. lu
ce.xxiij. de peni.di.j. Importuna.
Tertio q: p talē penitentiā reſtitu
untur omnes virtutes amiſſe: quia
charitas nō poteſt eſſe in anima cū
carentia alicuius virtutis neceſſa/
rie: ad rectitudinē vite ſpiritualis.
Unde glo. ſup illud eſaie. lij. Sol/
ue vincula tui: dicit: vt graui onere
liberata: ad recipiēdū priſtina orna
menta ceſſet eſſe captiua. Et ideo
dicit apl's. Renouamini ſ. per peni
tentiā. ſpiritu mētis veſtre. id eſt in
ſpiritu qui eſt mens veſtra. et indui
te nouū hominez. i. chriſtū: per ipſi
us imitationē: qui ſecundū deū cre
atus eſt: ſm̄ humanā naturā: in iu/
ſticia et ſanctitate veritatis. Juxta
illud. j. petri. ij. Qui peccatū non fe
cit: nec dolus inuētus eſt in ore ei⁹
xxij.q.ij. Utilē. De ſymo. ſicut dn̄s

¶ Queſtio ſecūda preſentis ſermo
nis. Quomndo vita chriſtiana de
beat reformari ad proximū poſtq̄z
reformata eſt erga ſeipm̄.

q Ueritur a doctoribus circa ſecundã partẽ epiſtole Quomodo vita xpiana debeat reformari ad proximũ poſtq̃ reformata eſt per penitentiã ergo ſeipſum. Et dicunt q̃ per tria. Primo per veritatẽ in ore Unde ait apoſtolus primo: ꝓpter quod deponẽtes mendatiũ: per qd̃ ſ. proximus defraudat. Loquimini veritatẽ per quã cũ eo recte viuit: quoniã ſumus inuicẽ membra: propter quod debemus nos mutuo iuuare. Secũdo per zelum bonũ in corde. Unde ait aplus. Iraſcimini vz ira per zelũ: que nõ eſt contra naturã ſed contra eius viciũ. Sed qm̃ in hoc de facili mẽſura rationis exceditur. propter quod legit de platone q̃ ſeruũ ſuũ peccantẽ tradidit alteri puniendũ: ne ipſam menſuram rationis excederet. Ideo ſubditur. et nolite peccare menſurã rationis excedendo. Sol nõ occidat ſuper iracundiã veſtrã: puta: ſi excedat rationẽ: tamẽ cito trãſeat. Nolite locũ dare diabolo. Tertio per benignitatem in opere. Unde ait apoſtolus. Qui furabat vz ante reformationem vite: iam nõ furetur.

¶ Queſtio tertia pñtis ſermonis. Quis eſt effectus reformationis vite in deũ: vt perfecte adimpleatur.

q Uerit a doctoribus circa tertiam partẽ ep̃le. Quis eſt effectus reformatiõis vite in deũ. Et dicit Nicola. de lyra et Tho. 2ª2ᵉ. q. xxxi. ar. i. q̃ cũ deus noſtrorum bonorum non egeat: precepit vt ſui amore patienti ſubueniat: et q2 exteriores actus ad illam virtutẽ referunt ad quã ptinet illud quod eſt motiuũ ad agendum. Motiuũ aũt ad ſubueniendũ patienti eſt charitas. Ideo ſic ſubuenire actus eſt amicicie et charitatis: Primo in deum cuius amore fit. Secũdo in proximũ. Hinc. i. Io. iij. ſcrīptũ eſt. Qui habuerit ſubſtantiam huius mũdi: et viderit fratrem ſuũ neceſſitatẽ habẽtẽ: et clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas chriſti manet in illo. Unde apoſtolus ad Ro. xij. iubet hoſpitalitatẽ ſectari et neceſſitatibus ſanctorum communicare. lxxxij. di. in nomine Ideo concludit in epiſtola. Magis autem laboret operando manibus ſuis: quod bonum eſt. vt habeat nõ ſolum pro ſe: ſed vnde tribuat neceſſitatem patienti. Et ideo ſi volumꝰ intrare conuiuium de quo loquitur euangelium hodiernũ. Math. xxij. ca. deſcriptum: veſtẽ veteris conuerſationis deponamus: et induamur noua: aut per baptiſmũ: aut per penitentiã: noſipſos ſcd̃m ſtatus indigentiam renouando et reformando erga proximũ bene nos habendo. Neceſſitatẽ patientibus ſubueniendo: quatenus dei miſericordia ad eũ perueniamus: ipſo preſtante qui viuit et regnat et ſecula ſclorum. Amen

¶ Dominica. xx. poſt penthecoſtes. De prudentia vite ſpiritualis Sermo. xlvij.

# v Idete quomodo caute ambuletis non quaſi inſipientes.

Ad ephe. v. ca. hec verba ſcribũtur. Pro exordio pñtis ſermonis querit a doctoribus. Utrum precipitanter viuere: et ſine cautela

in hoc mundo: ⁊ in agibilibus pro cedere ſit pecatũ. Et dicunt alex. de Ales. ⁊ Tho. 2ª 2ᵉ. q. liij. ar. iij. ꝙ ſic

Primo quia precipitatio in actibus aie: dicitur methaphorice ſm ſimilitudinẽ a corporali motu accepta. Dicitur aũt precipitari ſm corporalẽ motũ: quod a ſuperiorib⁹ in ima peruenit: ſm impetũ quendaꝫ proprij motus: vel alicui⁹ impellentis non ordinate: ꝓcedẽdo per gradus: ſummũ aũt anime eſt ipa ratio. Imũ aũt operatio per corpus. Gradus vero medij per quos oportet ordinate deſcendere: ſunt memoria preteritorũ: intelligentia preſentiũ ſolertia in conſiderandis futuris euẽtibus: ratiocinatio ↄferens vnũ alteri. Docilitas: per quam aliquis acquieſcit ſentẽtijs maiorũ: ꝑ quos quidẽ gradus aliquis ordinate deſcendit recte conſiliãdo: ſi quis aũt feratur ad agẽdum per impetũ voluntatis vel paſſionis pertranſitis his gradibus: erit precipitatio: que eſt peccatũ: ſub imprudentia cõtentum. Secundo quia prouerbiorũ octauo ſcriptũ eſt: via impioꝝ tenebroſa neſciunt. Tertio quia in epiſtola hodierna Aplus ait. Uidete quomodo caute ambuletis. In qua quidẽ epiſtola pro eius expoſitione tres queſtiones declarande ſunt.

Prima quarum eſt: de neceſſaria prudenti conuerſatione. Utrũ prudentia ſit virtus neceſſaria in vita ſpũali. Alia eſt de prudenti ebrietatis euitatione. Utrũ vꝫ pertineat ad prudentẽ vitare ebrietatẽ. ibi. Et nolite inebriari. Tertia eſt de prudentis iuuamẽti appoſitione. Utrũ vꝫ ad prudentẽ ꝑtineat inuenire iuuamenta vite ſpiritualis. ibi. Sed impleamini ſpiritu ſancto.

¶ Queſtio prima pñtis ſermonis. Utrum prudentia ſit virtus neceſſaria in vita ſpirituali.

q Uerit a doctoribus circa primam partẽ pñtis eplẽ Utrum prudentia ſit virtus neceſſaria in vita ſpirituali? Et dicit alex. ⁊ ſctũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. xlvij. ar. iiij. et Nico. de lyra ꝙ ſic: quia virtus ſm phm eſt que bonum facit habentẽ: ⁊ bonũ opus eius reddit: cũ ergo ad prudentiam pertineat applicare rectam rationẽ ad opus quod non ſit ſine appetitu recto: patet clare ꝙ ſit ꝟtus: Ad qa aũt ſit neceſſaria: dicit Augu. de libero arbitrio: prudentia eſt appetẽdarum vitandarũqꝫ rerum ſcientia

Primo ergo eſt neceſſaria ad euitationẽ mali pñtis. Unde ait aplus Uidete quomodo caute ambuletis vꝫ propter multa pericula pñtia: de quibus. ij. ad Corin. iiij. Periculis fluminũ: ꝑiculis latronũ: ⁊c̃. Secũdo ad euitationẽ mali futuri. vnde ait aplus. Nõ quaſi inſipientes. i. mala futura non preuidentes: ſed vt ſapientes. i. prouidi: quia Prouer. iiij. dicit: palpebre tue ꝑcedãt greſſus tuos. Tertio ad emendationẽ mali preteriti. Unde ait aplus: redimentes temp⁹: qm̃ dies mali ſunt: quia frequẽter ex improuiſo impedimenta ſuperueniũt: ne poſſit bonũ agi. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligẽtes que ſit voluntas dei. Iuxta illud Deutero. xxxij. Utinã ſaperẽt ⁊ intelligerẽt: ac nouiſſima prouiderẽt: quia inſipiẽs vt dicitur in pſal. xxxv. noluit in/

telligere vt bene ageret.xj.q.iij.excellẽtiſſimus.

¶ Queſtio ſecũda pñtis ſermonis. Utrũ pertineat ad prudentẽ vitare ebrietatem tanq̃ peccatum.

q Uerit a doctoribꝰ circa ſecũdaʒ partẽ pñtis epl'e. Utrũ pertineat ad prudẽtem vitare ebrietatẽ? Et dicunt ſupradicti doctores: ꝙ ſic. Primo q: ad prudentẽ pertinet cui tare malũ vt dictũ eſt. ſed ebrietas eſt malum. Unde dicit ſcũs Tho. 2ª 2ᵉ q.clx.arti.j. Quod ebrietas vno modo ſignificat defectũ hoĩs q accidit ex multo potu. ex quo ſit nõ compos rationis. Et ſic ẽ pena Alio modo ſignificat actũ quo qs incidit in hũc defectũ: vel ex nimia vini fortitudine preter intentionem bibẽtis. ⁊ ſic poteſt eſſe ſine peccato precipue ſi nõ prouenit ex negligẽtia. Uel ex nimia ⁊ inordinata concupiſcẽtia ⁊ vſu vini. Et ſic eſt pcm̃ gule. Scđo q: ad Ro.iij.ait: apl's Nõ in cõmeſſationibus ⁊ ebrietatibus. Et leuiti.x. Miniſtri templi prohibenf vinũ ⁊ ſicerã bibere. ne ebrietate grauenf corda eorũ. xxv. di. in pͥncipio. Tertio q: in ſcđa pte epl'e dicit apl's. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Unde dicit Hiero. Uenter mero eſtuans: cito declinat ad libidinem.

¶ Queſtio tertia pñtis ſermonis. Utrum ad prudentem pertineat inuenire iuuamenta vite ſpiritualis.

q Uerit a doctoribꝰ circa tertiam partẽ pñtis epl'e. Utrũ ad prudentẽ pertineat inuenire iuuamenta vite ſpũalis? Et dicũt ꝙ ſic. Primo q: ſcũs Tho. 2ª 2ᵉ.q.xlvij.arti.viij. dicit: ꝙ Prudentia eſt recta ratio agibiliũ. Cuius ſunt tres actus. vʒ Cõſiliari inueniendo. Iudicare de inuentis. precipere talia ad operandum. Scđo q: phs dicit.vj. Ethi. Prudentia perceptiua eſt. Tertio q: in tertia parte pñtis epl'e paulus enumerat talia iuuamẽta. Primũ quoꝝ eſt ſpũſcti receptio. vñ dicit Sed impleamini ſpũſctõ. Aliud eſt ſcripture inſtructio. vnde ait: Loquẽtes vobiſmetipſis in pſalmis ⁊ hymnis. ⁊ cãticis ſpũalibꝰ. Tertiũ eſt ſpũalis exultatio. vnde ait: Cantantes ⁊ pſallentes in cordibꝰ vr̃is dño. Quartũ eſt gr̃arum actio. vñ ait: Gr̃as agentes ſemp pro oĩbus in noĩe dñi noſtri ieſu xp̄i deo ⁊ pr̃i explicãdo hũanitatẽ xp̄i: ⁊ diuinitatem. Quintũ eſt pfecta hũiliatio. vñ ait: ſubiecti inuicem in timore xp̄i. Qui ait Math.xj. Diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde.ij. q.ij. q ſe. ſicut fecit regulus vt dicit euãgeliũ hodiernũ. Ioh.iiij. deſcripium. Ergo videamus quomodo caute ambulemꝰ. qui vt ait Socrates in ſuis ſentẽtijs. Prudentis eſt ne quẽ in caſũ icidat cauere: ⁊ ſi qđ forte acciderit forditer ferre. Fortis nemo eſt nec poteſt iudicari fortior ſi imprudens fuerit. Uirtus eñi ſine ſapientia temeritas periculoſa eſt. A q̃ nos eripiat xp̄s dñs nr̄. Amẽ.

¶ Dñica.xxj.poſt penthe. De virtute fortitudinis Sermo xlviij.

c Onfortamini in dño: et in potẽtia virtutis eius Ad ephe.vj.ca. hec verba ſcribũ

tur. Pro exordio pñtis ſermonis a
doctoribus queritꝰ. Utrũ liceat hoĩ
habere ꝯfidentiã in bello ſpũali de
ſeipo: vł de aliqua creatura? Et di/
cunt Alexan. de ales ⁊ btũs Bona
uentura in tertio ⁊ ſctũs Tho. 2ª 2ᵉ
q. xvij. artic. iiij. Quod licet homo
poſſit habere cõfidentiã de ſeipſo:
vel de aliqua creatura: vt de aliquo
agente ſecundario ⁊ inſtrumentali
per quod iuuari poſſit: ad euitãda
quecunqꝫ mala: ⁊ ad conſequenda
quecunqꝫ bona. Et hoc modo cõ/
uertimur ad ſctõs: ⁊ ab hominibus
aliqua petimus: tamẽ principaliter
debet homo habere cõſidentiã de
deo: tanqꝫ de primo agente. Hinc
Dauid pſal. lix. dicit Da nobis au
xilium de tribulatiõe q: vana ſalus
hois. xxiij. q. iij. §. Item aliquo. Et
aplus dicit verba propoſita pñtis
epłe declarande. In qua pro eiꝰ ex/
põne tres queſtiões ſunt declarãde
Prima quarũ eſt de virtute fortitu
dinis eſſentiali diffinitione. Quid
ſit fortitudo. et vtruꝫ ſit virtus ſpeci
alis. Alia eſt de virtute fortitudis
neceſſaria aſſumptione. Utrũ ſit ne
ceſſaria in bello ſpũali. ibi. induite.
Tertia eſt de huius virtutis armoꝝ
diſtinctione. ibi. ſtate ergo.

¶ Prima qõ pñtis ſermõis. Quid
ſit fortitudo. et an ſit virtꝰ ſpecialis.

q Ueritꝰ a doctoribꝰ circa
primam partẽ pñtis epłe.
Quid ſit fortitudo. et an
ſit virtꝰ ſpecialis: Et ꝓmũ
horum declarat Tulius in ſua rhe/
torica dicens. Fortitudo eſt immo/
bilis inter aduerſa glioſa animi cla
ritudo: res arduas pulchre admini
ſtrans: que nec aduerſis infeſtãdo
frangitꝰ: nec proſperis blãdiendo
eleuatur Aliud declarat ſctũs Tho.
2ª 2ᵉ. q. cxxij. arti. j. dicens. Quod
ad virtutẽ pertinet vt faciat bonuꝫ
hoieꝫ ⁊ opus eius bonũ Bonũ aũt
hois: ſm Dyoniſiũ de diuinis no/
minibus: eſt ſm rationẽ eſſe: a quo
tollitur ſepe per aliquod difficile:
cui reſiſtit mentis fortitudo. Unde
manifeſtũ eſt: ꝙ fortitudo eſt virtus
inquantũ facit hoiem ſm rationeꝫ
eſſe. Tertio declarat idem articło
ſcdo dicens ꝙ fortitudo duplici/
ter capitur. Uno modo vt importat
quandã animi firmitatem: et ſic eſt
virtuſ generalis. Hinc. ij. Ethicorũ
phus dicit. Ad virtutẽ requiritur
firmiter: ⁊ immobiliter opari. Alio
momo capitꝰ vt importat firmitatẽ
animi ꝯtra maxime difficile in gra
uibus periculis. et ſic eſt ſpecialis
virtus. Unde Tul. in ſua Rheto/
rica. Fortitudo eſt cõſiderata peri/
culorũ ſuſceptio: ⁊ laboꝝ perpeſſio
Hinc aplus dicit. Confortamini in
dño. Et in potentia virtutis eius.
vꝫ fortitudinis.

Queſtio ſecũda pñtis ſermonis.
Utrum fortitudo ſit neceſſaria in
bello ſpirituali.

q Ueritꝰ a doctoribꝰ circa
ſecundam partem pñtis
epiſtole. Utruꝫ fortitudo
ſit neceſſaria in bello ſpi
rituali. Et dicũt ꝙ ſic. ꝓmo q: Am/
broſius in libro. j. de officijs dicit.
Non mediocris virtutis eſt animi
fortitudo: que ſola deffendit orna/
menta virtutũ oim. ⁊ iuſticiã cuſto/
dit: ⁊ que inexplicabili ꝑlio aduer/

ſus oīa vicia decertat. Inuicta ad laboꝛes: foꝛtis ad pericl'a: rigidioꝛ aduerſus voluptates. Scđo quia ſcđm Tho. vbi ſ. articl'o. v. dicit ꝙ foꝛtitudo eſt pꝛincipaliter contra timoꝛē reruꝫ difficiliū que retrahere poſſunt voluntatē a ſequela rōnis. Unde phūs. ij. Ethicoꝝ dicit. Foꝛtitudo eſt circa audaciam et timoꝛem. ideo apl's ait: Induite vos armaturam dei: id eſt foꝛtitudinē. vt poſſitis ſtare abſqꝫ peccato moꝛtali aduerſus inſidias diaboli. Qui ſic dicit Leo papa: oīum diſcutit conſuetudines. ventillat curas: ſcrutatꝛ affectus: ⁊ ſibi querit cauſas nocēdi: vbi quenqꝫ viderit ſtudioſius occupari. Quia nō ē nobis colluctatio: aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: hoc eſt homnies qui ſunt caro et ſanguis. ⁊ per conſequens viſibiles. ſed aduerſus pꝛincipatus ⁊ ptātes. Quia angeloꝛū oꝛdines nō ſolū ſunt per grāꝫ: ſꝫ etiā ꝑ naturā Et ſic de ſingulis oꝛdinibus ceciderūt aliq in qbꝰ naturalia remāſerūt: vt dic̄ Hiero. ⁊ inferioꝛes obediūt ſuperioꝛibꝰ: vt magis poſſint nocere hoībꝰ Et per pꝛincipatus ⁊ poteſtates intelligūt alij oꝛdines demonū: aduerſus mūdi rectoꝛes. mūdi dico .i. maloꝝ hominū. Uñ ioh. j. Mundus eum nō cognouit Tenebꝛarū harū. vꝫ culparū. cōtra ſpūalia nequicie .i. ſpūs neqꝫ. In celeſtibus: hoc eſt in aere caliginoſo. ꝓpterea accipite armaturā dei. vꝫ foꝛtitudinē mentis: vt poſſitis reſiſtere in die malo: tēpoꝛe vꝫ pugne. ⁊ in omibus. vꝫ ꝓſperis ⁊ peruerſis. perfecti ſtare.

¶ Queſtio tertia pn̄tis ſermonis. Qđ ſunt genera armoꝝ huiꝰ ꝟtutis Uerum a doctoꝛibus circa tertiam partē pn̄tis ep'le.

q Utrū huius virtutis foꝛtitudinis ſūt arma ad prelidanū ꝯtra demones. et quot ſunt genera armoꝛū. Et dicūt Alexā. de Ales: et Nico. de lyra. ꝙ ſunt ſeptē Pꝛimū genus armoꝛū eſt cingulū chaſtitatis. Unde ait apl's. State ergo ſuccincti lumbos vr̄os. Luce xij. Sint lumbi veſtri pꝛecincti. vbi Grego. Lumbos tūc pꝛecingimus cum carnis luxuriā per cōtinentiā coartamus. Aliud genus eſt loꝛica equitatis. Unde dicit apl's. In veritate induti loꝛica iuſticie. Quia vt dicit Ariſto. quinto Ethi. Iuſticia eſt oīs virtus. Uñ math. iij. Sic decet implere oēm iuſticiā. De conſe. di. iiij. per quā. Quia iuſti tulerunt ſpolia impioꝛuꝫ. Ne cle. vel mo. relatum. Tertiū genus eſt calciamētum charitatis. Unde ait apl's. Et calciati pedes in pꝛeparatione euāgelij pacis. Uñ math. vltimo dicit Sandalijs vtebanꝛ: ne tangerent terram. Quia affectus pꝛedicatoꝛū euāgelij nō debēt ad terrena afficiꝛ: ſed ad celeſtia ſm glo. Quarta genus eſt ſcutum fidelitatis Uñ apl's In omibus ſumentes ſcutū fidei in quo poſſitis omia tela nequiſſimi ignea extinguere. Iuxta illud pſal. Scuto circūdabit te veritas eius. Quintum genus eſt galea expectationis. Uñ dicit aplūs: galeā ſalutis aſſumite: vbi glo. Spe vite eterne gaudete. ad Ro. v. Spe ſalui facti ſumꝰ. Sextū genꝰ ē gladiꝰ ꝑdicationis. Uñ dic̄ apl's: ⁊ gladiū ſpūs. quod eſt verbum dei. Et dicitꝛ ſpiritus: quia math. x. dicitꝛ. Non enī

vos eſtis qui loquimini ꝛc. De hoc gladio ait ſaluatoꝛ math.x. Non veni pacē mittere in terrā: ſed gladium. xxxiij.q.ij.§.in hoc. Septimum genus eſt: lancea orationis. Unde ſequit apoſtolus: quāuis nō ponatur in textu epiſtole: ſm eccleſiam per omnē oꝛationē. Nam eccleſi.iij. dicitur. Oꝛatio hūiliantis ſe celos penetrat. Ergo fratres cū armis iſtis diuino auxilio hoſtem vincamus: ne in manus ſatellitū eius a xp̄o tradamur: vt dicit euangelium hodiernū mathei. xviij. de ſcriptū. Sed potius ratione bene reddita ad perpetuā gloriā peruenire mereamur. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Dñica. xxij. poſt penthecoſtes de virtute ſpei. Sermo. xlix.

Onfidim⁹ in dño ieſu: quia q cepit in vobis op⁹ bonū perficiet vſq; in diem chꝛiſti ieſu. Ad phi.j. ca. hec verba ſcribunt. Pro exordio pñtis ſermonis a doctoꝛibus querit. Utrū aliquis poſſit alteri ſperare vitā eternā. Et dicit ſ.tho.2ª 2ᵉ.q.xvij.ar.iij Quod ꝑſuppoſita vnione amoꝛis ad alterū iā aliquis pōt ſperare aliquid alteri ſicut ſibi. Et ſm hoc aliquis poteſt ſperare alteri vitā eternam: inquantū eſt ei vnitus p amorem. Et ſicut eſt eadē virtus charitatis qua quis diligit deū: ſeipſum ꝛ pꝛoximū. Sic ꝛ eadē virtus eſt ſpei qua quis ſperat ſibi et alteri. Sicut Paulus qui ad phi. ſcribens dicit. Confidimus in dño ieſu: quia qui cepit in vobis opus bonū: ipſe perficiet: vſq; in diē xp̄i ieſu. vȝ iudicij quando bonis dabitur eterna gl'ia. In quaquidē ep'la pꝛo eius expōne tres q̄ſtiōes ſūt declarāde. Quarū pꝛima eſt de virtutis ſpei oꝛdinatione. Utrum vȝ fides pꝛecedat ſpem. Alia eſt de virtutis ſpei cognitiōe. Utrū vȝ ſpes ſit virtus. Tertia de obiecti eius determinatiōe. Utrū obiectū eius ſit determinate eterna beatitudo.

¶ Queſtio pꝛima pñtis ſermonis. Utrum fides pꝛecedat virtutē ſpei?

Querit a doctoꝛib⁹ circa pꝛimā partē pñtis ep'le. Utrū fides ꝑcedat ſpem. i. Utrū aliqs poſſit illud ſperare quod nō credit Et dic btūs Bonauētura in.iij.ꝛ ſcūs Tho.2ª 2ᵉ.q.xvij.arti.vj. Quod fides abſolute ꝑcedit ſpem. Pꝛimo q: nihil a deo ſperari poteſt. niſi pꝛius credat illud haberi eē poſſibile. ſperat aūt aliquid aut tanq̄ȝ obiectū ꝑncipale ſicut eſt vita eterna: aut tanq̄ȝ ſecundariū. qd ē diuinū auxiliū ꝛ vtrūq; ꝑponit nobis per fidem per quam nobis innoteſcit q̄ ad vitā eternā poſſum⁹ peruenire: ꝛ q̄ ad hoc paratum eſt nobis diuinū auxilium. Scdo q: ad Hebreos.xj. dicit ap'ls Accedentē ad deū opoꝛtet credere. Et glo. ſup illud Matth.j. Jacob genuit yſaac. ſic dicit Fides genuit ſpem. Tertia q: in pꝛima pte pñtis ep'le ap'ls dicit. Cōfidens hoc ipm quia q cepit: ꝛ alia Deinde ſequit Sicut ē mihi iuſtū ſentire hoc pꝛo oib⁹ vobis: q: dilectio facit opinari bonū de dilecto. Unde infert hic

eo q habeam vos in corde: ⁊ in vinculis meis vz charitatis. ⁊ in defenſione ⁊ cōfirmatione euangelij: q: Phili. cōſtanter certauerūt pro veritate euangelij: ſocios gaudij mei omēs vos eſſe. xv. di. ſctā romana.

¶ Queſtio ſcda pſentis ſermonis. Utrum ſpes ſit virtus theologica.

q Uerit a doctorib⁹ circa ſcdam parte pñtis eple. Utruz ſpes ſit virtus. Et dicit ſcūs Tho. ⁊ Bona. vbi ſ. in articul. j. quod eſt virtus. Primo q: ſm phm. ij. Ethi. virtus eſt que bonū facit habentē. ⁊ opus eius bonū reddit. Oportet ego q vbicūqz inuenit aliqs actus bonus hois. q reſpōdeat alicui virtuti humane. In oibus aūt regulatis bonum per hoc cōſideraf: quod aliqd propriā regulā attingit. Scut dicimus veſtē eſſem bonam: q: nec excedit: nec deficit a debita menſura. Humanorum aūt actuū duplex eſt mēſura. vna prima ⁊ homogenea. vz ratio. Alia ſuprema ⁊ excedens: vz deus. Et ideo ois actus hūanus attingens ad rationē aut ad ipſum deū eſt bonus. Actus aūt ſpei attingit ad ipſum deū per eius auxilium cui innitimur: ergo ſpes eſt virtus. cum faciat actū hois bonū: ⁊ debitam regulā attingat ⁊ nō ſolum eſt virtus. ſed etiaz virtus theologica. vt ait Paulus. i. ad Corinthe. xiij. Secūdo quia Grego. in. j. moral. dicit q per filias Job ſignantur he tres virtutes. Fides ſpes charitas Tertio q: in ſcda parte pñtis eple apl's ait: Teſtis eſt mihi deus quō vos cupiā oēs eſſe in viſcerib⁹ ieſu xpi: ⁊ hoc nō ſpero affectu carnali: ſed ſpirituali. Juxta illō ad Cor. xj. Emulor eni vos dei emulatione.

¶ Queſtio tertia pſentis ſermonis Utrum obiectū ſpei ſit determinite eterna beatitudo.

de vultu tuo: iudicium meũ ꝓdeat. Et in pſal.lxxv. De celo audiui iudicium. Et in pſal.lxxxxviij. Hono: regis iudicium diligit. Et in pſal. cxxj. Sederunt ſedes in iudicio. Et in pſal. cxxix. Cognoui quia faciet dñs iudiciũ inopis. Et in pſal.cxlv facit iudiciũ iniuriã patientibus Et in pſal.lxxj. iudicabit pauperes populi. Et in pſal. cix. iudicabit in nationibus. Et alia cauſa breuitatis obmiſſa facio. Et iob.xix. Scitote eſſe iudicium. Et ſapientie.v. Tunc ſtabunt iuſti in magna ꝯſtantia.ꝛc. Et eſa.ij. Judicabit gentes ꝛ arguet populos. Et ieremie.ij. iudicio contendaꝫ tecum. et ezechlis vij. iudicabo te iuxta vias tuas. Et dani. vij. Antiquus dierũ ſedit ꝛ libri apti ſũt. Et oſee.iiij. Audite verbum dñi filij iſrael: quia iudiciũ domino cũ habitato:ibꝰ terre. Et ioel iij. Congregabuntur omẽs gentes ꝛ deducã eos in vallẽ ioſaphat ꝛ diſceptabo cum eis. Et amos.v. Reuelabitur quaſi aqua iudicium. Et idem.ij. iuxta eſt dies dñi ſuper oẽs gentes. Et ione.ij. Rurſus videbo ſanctũ templũ tuuꝫ. Et michee.vj. Judiciũ deo cũ pp̄lo ſuo. Et naũ.j. Ante faciẽ indignationis ſue quis ſtabit. Et abachuc.j. Dñe iudiciuꝫ poſuiſti. Et ſopho.j. dies ire dies illa tribulationis ꝛ anguſtie dies calamitatis et miſerie. Et agge.ij. Adhuc modicum ꝛ ego cõmouebo celum ꝛ terrã mare ꝛ aridam ꝛ mouebo omnes gentes ꝛ veniet deſideratus cunctis gentibus. Et zacha.ix. ſuſcitabo filios tuos ſyon. Et malachie.ij. vbi eſt deus iudicij. Secũdo auctoritatibus euangeliſtarũ et apl'orũ. Nam math.xxv. Et euangelio hodierno ſcriptũ eſt. Cum venerit filius hominis.ꝛc. Marci.xij Hi accipient ꝓlixius iudicium. Et luce.xj. Regina auſtri.ꝛc. Et Joh. v. pater dedit ei iudiciũ facere quia filius homis eſt. Quãuis math.xvj ſcriptũ ſit. Filius hois venturus eſt in glo:ia patris. Et.ij. ad Corinth. v. omnes nos manifeſtari opo:tet ante tribunal xp̄i. Et.ij. petri.iij.ca. Adueniet dies dñi vt fur in quo celi magno impetu tranſient elementa vero calo:e ſoluentur. terra vero et ea que in ea ſunt exurẽtur. Et Joh. ij. manete in eo vt cũ apparuerit ſiduciam habeatis. Et iaco.ij. dicit iudicium ſine miſerico:dia fiet illi qui nõ fecerit miſericodiã. Et iude. ij. voſmetipſos in dilectione dei ſeruate expectantes miſerico:diã dñi noſtri ieſu xp̄i. Tertio aucto:itatibus docto:ũ. nã b. greg. ait. Jn maieſtate viſuri ſunt quẽ in hũilitate videre noluerunt vt tãto diſtrictus virtutem ſentiant quãto ceruicẽ co:dis ad eius p:eſentiã non inclinãt. Er Augu.xx. de ciuitate dei ca. j. omis eccl'ia veri dei tenet xp̄m eẽ vẽturũ de celo: ad viuos ꝛ mo:tuos iudicãdos: Et ierony. ad palmachiũ. ad erit illa dies in qua facta nr̃a quaſi in quadã tabula picta monſtranda ſunt. Et ad eliodo:um in calce ep̄le dicit. Veniet dies illa veniet in qua co:ruptũ hoc ꝛ mo:tale induat inco:ruptionem et immo:talitatẽ. Btũs ſeruus quẽ dñs inuenirit vigilantẽ. tunc ad vocẽ tube pauebit terra cuꝫ populis tu' gaudebis iudicaturo domino. Lugub:e mũdus imugiet. ꝛ tribus ad tribũ pecto:a ferient. potẽ

tiſſimi quondā regeam nudo late//re palpitabūt. Exhibebit tunc cū prole ſua igneus iupiter: adducetur cum ſuis ſtultus plato diſcipulis: Ariſtotilis argumēta nō proderūt. tunc tu ruſticanus ⁊ pauper exultabis dicens. Ecce crucifixus deus meus. Ecce iudex qui obuolutus pānis in preſepio vagijt. hic eſt operarij ac queſtuarij fili⁹: hic q matris geſtatus ſinu: deus homo fugit in egyptum: hic veſtitus cocino: hic ſpinis coronat⁹: hic magus habēs demoniū ⁊ ſamaritan⁹. Cerne manus iudee quas fixeras. Cerne lat⁹ romane quod foderas: videte corpus an idē ſit quod dicebatis clam nocte ſuſtuliſſe diſcipulos. hec ille Et bernardus ſuper canti. ait: veniet dies illa veniet vbi plus valebūt pura corda q̄ʒ aſtuta verba: cōſciētia bona q̄ʒ marſupia plena. qm̄ quidē iudex ille non falletur verbis nec flectet donis. Hinc ꝓpħa in prima parte ep̄le dicit. hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego requirā oues meas. vʒ in fine ſcl̄i ⁊ viſitabo eas demeritis inquirendo ⁊ ea diſcutiēdo. Tertio principaliter vniuerſale iudiciū eſſe venturū poteſt probari tribus figuris ⁊ exemplis: quarū prima ſcribit danie. vij. Antiquus dierum ſedit. ⁊ reliqua. Alia ſcribitur apocali. j. vbi dicitur. Uidi ſeptem cādelabra aurea. Tertia ſcribitur apoca. vltimo vbi chriſtus dicit. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecum eſt dare vnicuiqʒ ſm̄ opera ſua Sed de his ſatis: nunc ad alia tranſeamus.

¶ Queſtio ſecunda hui⁹ ſermonis in qua declarat quare iudicare magis appropriatur chriſto ⁊ quomodo vel quo ordine iudicabit.

Q Ueritᵣ a doctoribus quare iudicare magis appropriatur xp̄o ⁊ quō iudicabit. Et reſpondet ab eis q̄ iudicare principali poteſtate ⁊ ordinaria tribus perſonis equaliter conuenit cū in eis ſit vna et eadem numero iudicandi poteſtas. Et q̄ʒuis ratiōe auctoritatis magis cōueniat perſone p̄ris que eſt a ſe. Et ratione rectitudinis que eſt in voluntate magis cōueniat ꝑſone ſp̄ūſcti cui bonitas appropriatur Tamē ratione diſcretionis magis appropriatur filio: qui eſt ſumma ſapientia p̄ris. Hinc ioħ. v. Pater nō iudicat quemquaʒ ſed omne iudiciū dedit filio. Judicabit ergo xp̄s in natura diuina: ſm̄ quā eſt creator. Et iudicabit in humana ſm̄ quā eſt redemptor: quia iudiciū ſit vt electi ad regnū eternū admittant: ad qđ dona creationis ſine donis redemptionis non ſufficerēt. ⁊ vt reprobi ab illo regno in perpetuū excludantur Hinc matħ. xviij. dicitur. Filius hominis venturus eſt in gl̄ia p̄ris ſui Uerū quia iudicare ⁊ iudicari act⁹ ſūt oppoſiti: ideo ſicut in primo aduentu venit in humilitate: ita in ſecūdo veniet in maieſtate: cuius gloriam diuinitatis ⁊ humanitatis boni oculo corꝑali ⁊ mentali videbūt q̄ʒuis mali ⁊ ſi gl̄iam corꝑis aſpicient: gl̄iam tamen aīe et diuinitatis videre non poterūt niſi quibuſdam effectibus de quib⁹ dolebūt. in hoc ẏo iudicio multa per ordinē faciet ipſe xp̄s. Et ideo in hac ſcđa parte p̄ntis ep̄le narrant ſingulares act⁹ quos ipſe faciet: quorum Primus

dicit viſitationis. vnde ꝓpha dicit et viſitabo eas.ſupple oues: de meritis inquirendo:ſicut viſitat paſtor gregem ſuum in die qn̄ fuerit in medio ouium ſuarū diſſipatarū.vꝫ a ſalute longinquarū ſic viſitabo oues meas merita diſcutiēdo. Quia ſꝫm doctores erit ibi non ſolū diſceptatio mentalis ſed etiā vocalis. Concordat Ricard⁹ in. iiij.di.xlviij.q.j. arti.ij. Et cōfirmat per euangeliū hodiernū Math. xxv.ſcriptū: vbi dicit ꝙ xp̄us vocaliter dicet. Eſuriui.ꝛc̄. Nec ſine ordine diſceptabit: quia erunt accuſatores demones ꝛ peccata.iuxta illd ſapiētie.iiij. Traducet eos ex aduerſo iniquitas ipſorum. Erunt teſtes. vꝫ angeli ꝛ etiā electi. Et xp̄us ex officio ſuo vocaliter diſceptabit. Scd̄us act⁹ dicit ſeparationis. vꝫ bonorum a malis vn̄ ait propheta. Et liberabo eas vꝫ oues.i. electos de oībus locis in q̄bus diſperſi fuerant.ſ.ad dexteram collocādo in die nubis et caliginis i.in preſenti miſeria. Et educā eas de populis.vꝫ de peccatorib⁹.ꝛ cōgregabo eas de terris huius miſerie. ꝛ inducaꝫ eas in terrā ſuā vꝫ.in celeſtem patriā. Tertius actus dicitur collocatōis. vnde propheta dic̄ Et paſcā eas in montibus iſrael. ꝛ in riuis ꝛ in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcā eas in mōtibus excelſis iſrael erūt paſcua eorū. Hec om̄ia loquit de paſcuis glorie de quibus ioh̄. x.ſcriptū eſt. Per me ſi quis introierit ſaluabitur et ingrediet et egrediet: et paſcua inueniet.ſequit.ibi requieſcēt. ſuplea laborib⁹ huius miſerie: iuxta illud apoc. xiiij. Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant a laboribus ſuis. In herbis virētib⁹ ꝛ in paſcuis pinguibus paſcent ſuper mōtes iſrael. Hoc dicit ꝓpter diuerſa premia ex diuerſis meritis. quia ioh̄. xiiij.ſcriptum eſt. In domo patris mei manſiōes multe ſunt. de peni. di.iiij.ca. In domo. vnus tn̄ denarius eſt.hinc dicit. Ego paſcā oues meas et ego eas accubare faciā. dicit dn̄s deus qui eſt obiectum fruitionis ordinate.ſed de his ſatis.

¶ Queſtio tertia huius ſermōis in qua declaratur ſi omnes ſuſcitabūtur et ſimiliter iudicabuntur.

Queritur a doctoribus an oēs in iudicio ꝑſonaliter comparebunt. Et dicūt ꝙ ſic multiplici ratione. Primo ꝓpter ſcripture determinationē q̄ math. xix.poſita eſt: vbi xp̄s apoſtolis dixit. Sedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael. Super quibus verbis augu. xx.de ciuitate dei capi.v. dicit Per duodecim tribus iſrael intelligunt omnes gentes. Secundo propter ſufficientem enumerationē. Nam omnes electi congregabunt vt dictum eſt. et habetur math.xiij. Et reprobi ꝓ cauſa criminali citabuntur ꝓ qua cōparere oportebit quia defenſio per procuratorē nō admittitur v.q.iij. In criminalib⁹. Tertio propter diuine iuſticie manifeſtationē: vt in preſentia iudicis ſingulorum conſcientie pateant. Quarto propter meliorē ꝑparationē. Nam viui hoc preaudientes et ꝑſcientes per ſacrā ſcripturā.ꝙ ſic eos perſonaliter cōparere oportebit.diligentius ſe preparabunt ne in tāta con-

gregatione et corā tanto iudice extremā cōfuſionē recipiāt. Quinto ꝓpter bonorꝫ cōſolationē vt videāt iudicē cuius diuinitate corꝑaīme .ꝛ humanitate eorū corpora gaudebunt. vt dicit auguſti de ſpū et aīa. Item propter reproborū maiorem afflictionē: reprobi enī in aſpectu iudicis vehementer affligenť. vnde vt ſcribitur apoc.vj. dicent montibus: cadite ſuper nos et abſcondite nos a facie ſedētis ſuꝑ thronū ꝛ ab ira agni. Propter p̄dictas ergo rationes omēs apparebūt et iudicabunť. Hinc in epiſtola tertio loco cōcludiť. Quod perierat requiram vł comeſtū ab eſtu vel alio mō deperditū. Et qđ abiectū erat vꝫ ab anima depoſitum et reiectum in puluerē reducā. Et qđ cōfractū fuerat. i. in partes diuiſum alligabo. Et ꝙ infirmū fuerat. vꝫ in hac vita conſolidabo. ſ. dotib⁹ coporis. Et qđ pīngue ꝛ forte gratijs ſpūalibus videlicet cuſtodiā quia in pſal. dicitur. Cuſtodit dn̄s aīas ſanctorꝫ ſuorum. Et addit Ego paſcā oues meas in iudicio ꝛ iuſticia. ait ſm eccleſiā dn̄s oīpotēs. Hoc idē oñdit euāgelium hodiernū in quo poniť iudicis deſcenſio qui eſt xp̄us eo modo quo in exordio dictū eſt. Poniť iudicij ꝯfirmatio ꝛ ordinatio ſicꝫ in prima pte et in ſcđa huius ſermōis eſt ꝓbatū. Poniť etiā oīm mortuorum reſurrectio: et finalis per ſentētiaꝫ diſtinctio: vt in hac vltima par parte diximus. Cui ſentētie adherēt omnes doctores. Alex. de ales bonauen. rich. in. iiij. di. xlvij. q. ij. ar. iiij. Humiliter ergo depꝛecemur miſericordiā dn̄i noſtri ieſu xp̄i iudicis cunctorū vt nos a malis exiſtentibus in ſiniſtra ad dexterā cuꝫ bonis collocatos in eterna gloria ducat. Qui cum patre ꝛc.

¶ Feria tertia p̄me hebdomade. xl de penitentia Sermo ſextus.

In diebus illis locutus eſt eſaias dicens. Querite dn̄m dū inueniri pōt Eſaie lv. caꝑ. hec verba ſcribunť. Pro exordio huius ſermonis ſatis vtiliter queritur. An deus per penitentiaꝫ peccatorū noſtrorū ſit a nobis querendus cum vbiqꝫ eſſe dicatur. Ad quod breuiter reſpondeť quod de⁹ eſt vbiqꝫ ꝓpter infinitaꝫ et ſummā ſimplicitatē. Unde aug. in libro de quātitate aīe dicit. Sicut ſe habet anima ad corpus: ita ſe habet deus ad vniuerſum: p̄ter hoc ꝙ nō informat. Et anima propter ſuā virtutē ꝛ ſimplicitatem eſt tota in toto corpore ꝛ tota in q̄libet corpīs. Hinc ꝑiere. xxiij. dn̄s ait. Celum et terram ego ipleo. Thomas ꝓ̄ parte. j. q. viij. arti. j. ſic idē probat. Deus agit imediate in omnib⁹ rebus: et agēs oportet eſſe coniūctum ei in quod immediate agit. vt ariſto. vij. phiſi. dicit: ꝙ mouēs ꝛ motū ſunt ſimul. verū quia hoc intelligiť de agente naturali et deus eſt agens voluntarium. Et agens quanto perfectius tanto remotius agit. Ideo doctor ſubtilis dicit ꝙ hoc eſt creditū: et ſi ratione probať: ratio magiſtri efficax eſt q dicit. ꝙ aut eſt nec vbi nō ꝛ hoc eſt ipoſſibile. aut alicubi ſic. et alicubi nō et ratio nō dať. ac vbiqꝫ et intentū habetur. Hinc ambroſi-

us in libro de trinita. Spũſſcũs in omnibus et vbiqꝫ ſemper eſt. quod vtiqꝫ diuinitatis et dñationis diui/ne eſt propriũ. Et quia deus aſpi/cit creaturas per intellectũ: volun/tatem ⁊ illapſuꝫ. Per intellectũ de⁹ vbiqꝫ eſt per pſentiaꝫ. per volunta/tem de⁹ eſt vbiqꝫ per potẽtiã: per il/lapſum de⁹ eſt vbiqꝫ per eſſentiã: q̃ cuilibet enti habet illabi. Preť hos aug. in libro ꝯfeſſionũ alios ponit dicẽs. Deus eſt i ſe ĩpſo: vt alpha ⁊ o. In mundo vt creator et rector. in angelis vt ſapor ⁊ decor. In electis vt liberator et adiutor. in reprobis vt terror et horror. Cum his igitur et pluribus alijs modis deus vbiqꝫ eſſe dicať: tamẽ querẽdus eſt a no/bis virtute penitentie. Hinc ꝓpha dicit. Querite dñm dum inueniri poteſt. vꝫ per penitẽtiã: que fuerũt verba propoſita preſentis epiſtole declarande. ¶ In qua pncipaliter tria queruntꝛ. Primũ eſt de penitẽ/tie dignitate. vꝫ an penitẽtia ſit pri/or alijs virtutibus dignitate: ⁊ hoc in pncipio. Aliõ eſt de obiecti peni/tẽtie aſſignatione. ibi. derelinquat impius viam ſuã. Ultimũ eſt de pe/nitentie fructificatione. ibi Nõ eni cogitationes mee. et reliqua.

¶ Queſtio prima huius ſermonis in qua declaratur An penitentia ſit prior alijs virtutibus dignitate.

Dubitať a doctoribus. an penitentia ſit prior alijs virtutib⁹ dignitate Hoc queritur quia principiuꝫ ꝓphe dicit. Querite dñm ⁊c. glo. p penitentiã ait. Ad quod dicunt ꝙ illa virtus eſt dignior que dignius ⁊ ſub digniori rõne habet obiectũ vñ virtutes theologice que imme/diate reſpiciunt deum ſunt alijs di/gniores. penitẽtia ṽo eſt virtus mo/ralis que cõtineť ſub iuſticia. Hinc de peni. di. iij. §. j. dicit. penitentia eſt quedã dolẽtis vindicta puniẽs in ſe qd dolet cõmiſiſſe Nam puni/re qd eſt male factũ ptinet ad ratio/nem iuſticie. Inter aũt morales vir/tutes ille ſunt digniores que magis de propinquo deum ſicut ad finem reſpiciunt. Hec auteꝫ ſunt latria et penitentia: quorũ actus ſunt circa ea que directe et immediate ad di/uinũ honorẽ ordinanť. Et ideo in/ter omẽs virtutes morales ſunt no/biliores. latria tamẽ nobilior eſt qꝛ tendentiã in bonũ principalius re/ſpicit Poſtea penitẽtia q̃ poſt receſ/ſum a malo deinde tendẽtia in bo/num conſiderat. vnde merito pro/pheta dicit. Querite dñm dũ inue/niri poteſt: tribus modis. Primo corde. Sapie. j. In ſimplicitate cor/dis veſtri querite illũ: quia deus in/ſpector cordis eſt vt habeť ibidẽ. xv q. ij. Si a ſacerdotibus. xxvj. q. vj. Si preſbr. et cap̃. cognouimus. ex/tra. Ne ſede va. cap̃. j. De ſimonia. Hos. Secundo opere iuxta illud pſal. Deũ exquiſiui manibus meis vꝫ operibus quibus glorificatur. et inuenitur pater qui eſt in celis: ma/thei. v. xij. q. ij. quatuor. Tertio ore vnde infert propha. Inuocate eum dum prope eſt: quia prope eſt dñs inuocantibus eum. vꝫ penitentia que iſtis tribus modis fit. Hinc do/minus marci. iij. dicit. Penitentiã agite appropinquabit eni regnum celorꝝ. xxiij. q. iiij. §. Ex his. xxxiij. q ij. Audiuim⁹. De pe. di. j. §. deniqꝫ

Concoꝛ. rich. in .iiij. di. xiiij. q. x. ar.
vij. Jeroni. ſuper marcu͂. de penite͂
tia dicit. Amaritudine͂ radicis: dul/
cedo pomi co͂penſat: pericula ma/
ris ſpes lucri delectat: doloꝛe͂ medi
cine ſpes ſalutis mitigat: qui deſi
derat nucleu͂ coꝛtice͂ fra͂gat. Hac pe
nitentia͂ agat qui vult eterno adhe
rere bono. p̄conia xp̄i narrare poſ
ſunt q ad palma͂ indulge͂tie ꝑueni/
re meruerūt. hec ille. ſʒ de his ſatis.

¶ Queſtio ſecunda huius ſermo͂is
in qua declaratur quid ſit ſubiectu͂
et materia penitentie.

Dubitatur a doctoꝛibuus
an pc͂m ſit ſubiectu͂ ⁊ ꝓp̄a
materia penite͂tie. Ad ꝙ
breuiter dicit ꝙ materia
⁊ ſubiectu͂ penite͂tie eſt triplex. Pꝛi
mu͂ ſubiectu͂ pꝛoximu͂ eſt actꝰ dolen
di penite͂tis. vn͂ aug. in libꝛo de pe.
dicit. Nullus poteſt inchoare no/
uam vitam niſi eum veteris vite pe
niteat. Sc͂dm ſubiectu͂ remotu͂ eſt
peccatum moꝛtale de quibus pec/
catoꝛ dolere tenetur quia actus pe/
nitentie eſt deteſtari peccatu͂ actua
le inquantu͂ eſt pꝛeuaricatiuum et
tranſgreſſiuu͂ legis. quod peccato
moꝛtali ꝓpꝛie co͂uenit ſicut ait Am
bꝛo. in li. de paradiſo. Tertiu͂ ſubie
ctum remotiſſimu͂ eſt peccatu͂ venia
le inquantum eſt noſtra voluntate
factum. poteſt tame͂ ſatis large pe/
nitentia eſſe de oꝛiginali vt ipſa ac/
cipitur pꝛo deteſtatio͂e rei pꝛeterite
ſicut loquitur Augu. in li de penite͂
tia. Hinc ꝓpheta ait: in ſc͂da parte
huius ep̄le. Derelinquat impius
viam ſuam. vꝫ pꝛeterita͂ mala͂ ſi vult
inuenire deu͂ Et vir iniquus cogita
tiones ſuas: quia vt ſapientie. j. ſcri
bitur: peruerſe cogitationes ſepera͂t
a deo. Et reuertatur ad dn͂m deu͂
vꝫ iuſticia͂ operando quia ſm pſal.
Nouit dn͂s viam iuſtoꝛum. et iter
impioꝛum peribit. Et miſerebit eiꝰ
qꝛ dicit Augu. velit nolit nouatus
hereticus vere penitente͂ ſuſcipit
chꝛiſtus. Quoniam multus eſt ad
ignoſcendum. ſm illud pſal. Quo/
modo miſeretur pater filioꝛu͂ miſe/
ritus eſt dn͂s. Hinc Jere. iij. Tu foꝛ
nicata es cum amatoꝛibus tuis tn͂
reuertere ad me ⁊ ego ſuſcipiam te.
Sed hec pauca ſufficiant. vnde ad
aliam tranſeamus.

¶ Queſtio tertia huius ſermonis
in qua declarant fructus penite͂tie

Dubitatur a doctoꝛibꝰ qui
ſunt fructus penitentie.
An ſint peccatoꝝ remiſſio
eoꝝ pene donatio: gr̄aru͂
⁊ ꝟtutu͂ infuſio ⁊ reſtitutio. Et ꝙ ſic
breuiter dicunt. Pꝛimo dicunt ꝙ
vnus fructus penite͂tie eſt pctoꝝ re/
miſſio. iuxta illud ezechielis. xviij.
Si impius egerit penitentia͂ ab oi͂/
bus peccatis ſuis que opatus eſt.
et cuſtodierit om͂ia pꝛecepta mea: ⁊
fecerit iudiciu͂ ⁊ iuſticia͂ vita viuet ⁊
non moꝛiet: oim͂ iniquitatum eius
quas opatus eſt no͂ recoꝛdaboꝛ. de
peni. di. iiij. §. poꝛro Nec valet ob
icere illo͂ ad hebꝛe. xij. Eſau no͂ iue
nit penitentie locu͂ q̄ꝫq̄ꝫ cu͂ lacrimis
queſiſſet eaꝫ. eo ꝙ no͂ vere penituit.
Nam dixit. Ueniet dies luctus pa
tris mei ⁊ occida͂ iacob fratre͂ meu͂.
Nec valet obijcere illo͂. ij. machab.
ix. Oꝛabat anthiochꝰ ſceleſtus deu͂
a quo no͂ erat miam conſecuturus
Eo ꝙ ille dolebat no͂ de offenſione
dei ſꝫ de iſirmitate coꝛpis qua͂ patie

batur. Nec valet obijcere illud mathei.xij. Qui dixerit cōtra ſpm̄ ſctm̄ verbū non remittetur ei. Quia vel intelligit̄ de peccato in hac vita: ex certa malitia facto: quod cum difficultate remittitur. vel de finali impenitentia q: poſt finem huius vite non eſt remiſſio peccatoꝝ: ſm illud ſapiͤ.v. penitentiā agentes ⁊ p꜄ angustia ſpūs gemētes. q: tales ex deſperatione ſic dicebant. Nam repugnat diuine miſericordie in hac vita pentētib⁹ nō indulgere. De quo iohe.ij. dicit̄ Benign⁹ ⁊ miſericors eſt. Hinc in hac tertia parte ep̄le dicitur. Non enim cogitationes mee cogitationes vr̄e neq꜒ vie mee vie veſtre: q: impoſſibile putatis penitentib⁹ indulgeri: q: ſicͣ exaltāt̄ celi a terra: ſic exaltate ſūt vie mee a vijs veſtris. et cogitationes mee a cogitationibus vr̄is: quia ſm Jere.xix. Ego cogito cogitatiōes pacis. vos ſcdm̄ mathm̄.ix. cogitatis mala in cordibus vr̄is. Secūdo doctores dicunt ꝙ alius fruct⁹ penitentie eſt peccatoꝝ pene donatio. q: tanta poteſt eſſe vis act⁹ interioris ⁊ exterioris penitētie ꝙ oı̄ps de⁹ penitēti oēm penā ſua miſericordia donet vt Luce.vij. in magdalena manifeſtū fuit. Et .xxiij. in latrone apparuit. Tertio addūt doctores ⁊ dicūt: puta Bona. alex. de ales Richar. in.iiij di.xiiij. q.viij. ar.j. ꝙ alius fruct⁹ penitētie eſt grāru ⁊ virtutū infuſio ⁊ reſtitutio: patet q: charitas nō pōt eſſe in aīa cū carentia alicuius virtutis neceſſarie ad ſpūalis vite rectitudinē. ſed remiſſio pcōꝝ non poteſt eſſe ſine charitate: ergo ſi ꝑ penitētiam peccata remittunt̄. charitas ſimiliter infundit̄: per quā oēs virtutes ad rectitudinē vite neceſſarie reſtituūtur. Hinc Augu. in libe. de penitentia dicit. Penitētia languores ſanat: leproſos curat: mortuos ſuſcitat ſanitatē auget. grām cōſeruat. claudis greſſū. aridis copiā cecis reſtituit viſum. vitia fugat virtutē exornat. mētē munit ⁊ roborat Richar. vbi ſupra dicit arti.tū.ij. ꝙ opa bona ꝑ ſequens pctm̄ mortale mortificata: per ſequentē penitētiā reuiuificātur. Hinc ꝓpħa cōcludit. Et quomodo deſcēdit ymber ⁊ nix de celo et illic vltra nō reuertit̄ ſuple idem numero ſ꜒ inebriat terrā ⁊ infundit eam ⁊ germinare eā facit. Et dat ſemen ſerenti ⁊ panē comedenti ſic erit verbū meū. v꜒ incarnatu꜒ pro pcō꜄ibus vt agerēt penitentiam vel p꜄edicatū ⁊ ipſi pctōres ad penitentiā reuertant̄. vn̄ addit: qđ egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuū. v꜒ ſine fructu ſed faciet quecūq꜒ volui. Et proſpabit̄ in his. ſ. in conuerſione pcōꝝ ad penitentiā ad q̄ miſſi illud. Ait v꜒ ſm eccleſiam dn̄s omp̄s. Hoc idē oſtendit euangelium hodiernū quod docet deū querere per penitētiā q̄uis vbicunq꜒ ſit vt in exordio dictū eſt quando dicit̄ in principio: ꝙ cū intraret ieſus hierroſolimam cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicens: quis eſt hic. Et populi dicebant: hic eſt ieſus. ⁊c̄. qui predicat penitentiam alijs virtutibus priorē dignitate: vt in p꜄ima parte oſtēſum eſt. Deinde de templo peccatores per eū expulſi ſunt: quia querentes deū per penitentiam pcā deteſtantur: vt ſecūdo loco fuit oſtenſum. Ultimo fructus

penitentie dñs manifeſtat: quia cecos ⁊ claudos: ⁊ pctis omnino infirmos ſanauit. Ille qui eſt benedict⁹ in ſecula ſeculorum. Amen.

¶Feria quarta prime hebdomade quadrageſime de impedimētis penitentie Sermo.vij.

In diebus illis venit helyas in berſabee iuda ⁊ dimiſit ibi puerum ſuū.iij. Regū ca.xix. hec verba ſcribunt Pro exordio huius ſermonis querit a doctoribus. An qui dimittit ex timore facere penitētiā debitā peccet. Ad quod breuiter ipſi dicūt ꝙ timor eſt pctm̄ qñ qs eo refugit: qd ſm rationem non eſt fugiendū. Et ſi in ſolo appetitu ſubito conſiſtit eſt pcm̄ venialeꝫ ſi autē ad appetitū rationalē venerit quandoqꝫ eſt pctm̄ mortale vt cū eo ꝑtermittit quod ex ꝓcepto diuino debet operari: contra quos Math.x.dicit. Nolite timere. Qñqꝫ peccatū veniale vt cū quis refugit quod ex ꝓcepto diuio facere nō tenetur. Qñqꝫ ꝟo nullū peccatū vt cum quis mala corpis ne incurrat mala conſcientie vel maior dei honor inde ſeqꝗt. ſic fecit helyas thelbites de vico quodam nomine thebi clauſit celum tribus annis cū dimidio oꝛone ſua: ⁊ eadē ipſuꝫ aperuit ⁊ pluuiam dedit.iij. Regū.xvij. qui ignē ad peccatores deuorandū venire fecit de celo. iiij. Regū.ij. quē deus per turbinē leuauit in celū. vꝫ in paradiſum terreſtrē vt ibidē habetur. fugit minas impiiſſime regie yeſabelis vt viuēs ide ꝯtra antixp̄m ad predicandum veniat ſicut apoc. x. habet In hac igitur epl'a de quo verba predicta ſūt ſumpta tres vtiles queſtiones ponunt. Prima eſt de penitētie obiectione. in ꝑncipio Alia ē de penitētie incitatione. ibi ⁊ ecce angelus dñi. Ultima eſt de efficatia penitētie triūphatione. ibi et ambulauit in fortitudine ⁊ relιq̃ In reſponſione huius dubij. concordat Alex. ⁊ Thomas. 2ª2ᵉ..q. cxxv. arti.j. et.ij. Et durasdus noſter in ſumma.

¶Queſtio prima huius ſermonis que ſunt obiectiones. et impedimenta penitentie.

Querit a doctoribus que ſunt obiectiones ſiue impedimenta penitētie. Et dicunt breuiter ꝙ ſunt quatuor. Primū dicit timor quo plurimi negligunt a pctō reſurgere ⁊ penitentiā facere. Nā audiunt ꝙ ſcribitur. de peni. di.iij. circa principiū. Penitētia eſt peccatoꝝ cauſas excidere vnde pleriqꝫ intelligunt ꝙ ſi digne penitere volunt neceſſe eſt aliena reſtituere. vꝫ vſuras rapinas furta. ſymonias ⁊ omnia mala lucra: quia extra de regu. iu. li.vj.ca. peccatū: dicit Nō dimittit peccatū non reſtituat ablatum. Neceſſe eſt igit vt dimittat ſeptas multarum diuiſionū et officiorū ⁊ odia: vanitates ⁊ ſimilia Item ꝙ ſatiſfaciant publice ſic ſimiliter publice peccauerunt. Extra de peñ. ⁊ re. ca.j. Et propter predicta ⁊ ſimilia timent et penitere nolunt. Hi quidē denotari poſſunt per Elyam qu ex timore fugit et venit in berſabee: vrbs et terminus totius regni iſrael.j. Re.

iij. Cui nomē impoſuit yſaac. Geñ. xxvj. In qua ſamuel poſuit filios ſuos iudices. j. Regū. ix. Et ibi di miſit puerū ſuum. videlꝫ Jonam vt hebrei tradūt et magr̄ in hiſtorijs dicit. Quibus pro eorum remedio dici pōt illud Job. vj. Quia timet pruinam. vꝫ penā temporalē. irruet ſup eū nix. i. pena eterna. His etiaꝫ accidit al' timor recidiuādi. ſꝫ horum quiſqꝫ dicat. Dñs illuminatio mea ꝛ ſalus mea quem timebo. Et ſimiliter eis tertius timor ſupuenit cōtra diabolū ꝓliandi ꝛ ei reſiſtēdi Cui vt habeť. xvj. Si de' ꝓ nobis qs ꝯtra nos. Et audiant quid Hieronimus dicat. Debilis eſt hoſtis q nō pōt vincere niſi volentē. Scdm ipedimentū dicit pudor quo multi ypocrite et ſuperbi decipiunť non intelligentes remediū naturale. qꝛ Benardus ait. O inſania nimia hominū pudet ablui ꝛ nō pudet inquinari. pudet ſordes abſtrahere: et nō pudet cōtrahere. abſtergitur caliga ꝛ cōtemnit anima. Nec intelligunt remediū morale: qꝛ min' malū eſt in hac vita vereri q̄ꝫ in iudicio publicari Hinc de' Naum. iij. dicit Reuelabo inquit pudēda tua ꝛ oſtendā gentibus nuditatē tuam Nec intelligūt remediū ſpirituale. quia penitentiā ſecrete poſſunt accipere. Hinc Elyas perexit in deſertum viā vnius diei: quia ſoli et vni ſacerdoti confitendū eſt. Extra de pe. ꝛ re. Vis His omnib' ſalomō Eccli. iiij. dicit Nō confundaris ꝓ anima tua dicere verum. Eſt enim confuſio adducens peccatum: et eſt confuſio adducens gratiam et gloriā Tertiū impedimentū dicit ſpes vꝫ diu viuendi ſed in pſal. dꝛ Uiri ſanguinū ꝛ doloſi non dimidiabunt dies ſuos. ſm Alexan. de ales q ipſi viuere credūt. Et Jaco. iiij. ſcribit. q eſt vita nr̄a: vapor eſt ad modicū parēs. Et Job. xiiij. hō natus de muliere breui viuens tempore. et reliq̄. Et Señ. Quottidie morimur Spes etiaꝫ miſericordiā ꝯſequendi. ſed Grego. dicit De miſericordia dei debem' erubeſcere: ſi iuſticiā eius nolimus formidare. qꝛ ſcdm Hieroni. Magna eſt miſericordia dei ſed non minor iuſticia Spes etiā in fine ꝯuertēdi. ſed cauē duꝫ eſt. ne eueniat ſicut diuiti luce xij. Hinc math. xj. dñs ait. Uigilate quia neſcitis qñ dñs veniet. Et Aug. in li. de pe. dicit Age penitentiam dum ſanus es. Hinc elias ſedit ſub vmbra iuniperi. que arbor ex denſitate nimia viridorum ſoliorꝫ mundū ſignificat in quo ſpes nimia ponit. ſed in ipſis latent aculei et grana nimis amara. Et ideo in hoc mundo facienda eſt penitētia. Quartum impedimentum dicitur deſperatio que ꝓcedit ex peccatorum magnitudine ſicut Geñ. iiij. Cayn accidit q dixit. Maior ē iniquitas mea q̄ꝫ vt veniā merear Sicut etiā accidit iude. vt Matth. xvij. dicit Procedit etiā ex peccatorū multitudie. Et tūc illud pſal. dici poteſt Miſericordie dñi abiſſus multa. Hinc dauid ait: ſm multitudinem miſerationū tuarū dele iniqtatē meā. Procedit etiā ex peccatorꝫ longitudine. ꝛ tūc illud leonis pape dici poteſt Miſicordie dñi nec mēſuras poſſumus ponere nec tpa diffinire. hic helyas petiuit aie

ſue vt moreret deſperationē euitās peccatorū. Hec impedimēta ponit dñs hoſtieñ. in ſua ſmuma. Et durandus ordinis minor. Et raymūdus ꝛ alij pleriqꝫ. Tamen aliqui addunt aliq̄ pter hec que ſnie huius epl'e fauent Primū dicit amor peccandi quo ſubmerſus eſt diues ille epulo de q̄ luce.xvj. ſcribit. Cōtra quod ait.grego. Tēporale eſt qđ delectat eternū qđ cruciat. Aliud eſt: mala ꝯſuetudo: de qua hugo ſuper regulaꝫ auguſtini dicit. Cogitatio mala parit delectationē delectatio cōſenſum conſenſus operationem operatio conſuetudinē. Et hec tangitur.di.vj.c. Teſtamētū. Que eſt iugum graue ſup filios adā. Eccl'i. xl. Nam qui facit peccatū ſeruus ē pcti. Joh.viij.vñ. Jere.xiij. Si poteſt mutare ethyops pellem ſuā aut pardus varietates ſuas ꝛ vos poteritis beneſacere. Tertiū dicit infidelitas que eſt fundamentū oīum malorū ſicut fides eſt fundamentū omnium bonorum: vt dicit Augu. Quartū dicit ignorantia que ex infidelicate procedit.q2 eſa.vij.dicit. Niſi credideritis non intelligetis. Quintū eſt malum exemplū eorū qui male viuunt. Cōtra quod ſunt verba Auguſti.ij.q.j.ca. Multi: dicentis. Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. Hinc Eccl'i. xxxij.dicitur. Non pecces in multitudine ciuitatis. Sextū dicitur pigricia. Hinc eccl'i.xxxij.di. De ſtercore boū lapidabit piger Septimū dicit p̄ſumptio.de q̄ eccl'.xxxvij.di. O preſumptio nequiſſima nō creata es vꝫ adeo. Octauū dicitur alleuiatio.vꝫ proprie culpe cū aggrauatiōe.ſ.alteri⁹ vt dicit. Benar.ſed de his ſatis. nunc ad alia tranſeamus

¶ Queſtio ſecūda huius ſermonis in qua declaratur de his que incitant et inducunt ad penitentiam.

Querit a doctorib⁹ Que ſunt illa que incitant ꝛ inducunt ad penitentiam. Et dicūt aliq ꝙ ſunt q̄tuor que continentur in ſecunda parte huius epiſtole. Primum dicitur aſſiſtentia diuine viſitationis vnde poſtq̄ꝫ helyas petiuit anime ſue vt moreretur.ꝛ ait. Sufficit mihi dñe vꝫ tempus quo vixi.tolle animam meā: neqꝫ enim melior ſum q̄ꝫ pres mei. vt.ſ. illis mortuis ego viuere exoptem. ꝓiecit ſe ꝛ obdormiuit in vmbra iuniperi Sequitur aſſiſtētia diuine viſitationis quia dicit text⁹ Et ecce angelus dñi.i.dñs principaliter venit vt ſpūaliter illaberet intima ꝯſcientie. vnde eſai.l.ſcriptū eſt. Ego ipe qui loquebar ecce adſuꝫ. Scdm dicit efficatia ſue inſpiratiōis quia ſubditur.tetigit eū. O tactus diuine manus quō eſt virtuoſus.conprimit eni radicem oīs mali.ſ.concupiſcentiā. Hinc gene. xxxij.ſcriptum eſt. Angelus tetigit neruū femoris iacob ꝛ ſtatim emarcuit. Tertiū dicitur eloquētia ſue exortationis quia dixit illi.ſurge.ſ. per peccati deteſtationeꝫ.comede per attentam conſideratiōe. cibus enim niſi maſticetur eius ſapor nō percipitur. ſic mens attente conſiderans preterita peccata.ſupplicia cōminata. beneficia collata. p̄mia preparata percipit ea que dei ſunt. grandis enim reſtat tibi via.ſ. vſqꝫ ad celum: que lōga arta dura labo

rioſa Sciūt hec tribus dñi que ſm pſal.illuc aſcenderūt.Quartū dicit affluentia ſue propinationis: quia reſpexit.et ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis: qui eſt ꝯſideratio proprie ꝯditionis et mortis. Hinc eccleſia in die cinerum in impone tione earum dicit. Memento homo qua puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Quia dñs primū hominē de limo terre formauit. Geñ.ij. de conſe.di.j.ca.hi duo. Et vas aque que eſt conſideratio huius peregrinationis ⁊ vite. Hinc.ij.Reg.xiiij. ſcribitur. Omnes morimur ⁊ quaſi aque dilabimur in terram.xiiij.q.ij In eccleſiaſtico Nec a myſterio vacat ꝙ bis helyas ab angelo vocat quia euenire ſolet ꝙ peccatores ad motum ſpiritualem diuine manus excitantur.et quid fecerint et quid incurrerint, quid amiſerit quē offēderunt reſpiciant ⁊ conſiderēt: ſed iterum peccati ſopore deprimunt verūtamē miſericors deus ipſos nō deſerit.adhuc accedit: adhuc tāgit adhuc vocat. Hinc augu.ait. Peccator ſperare debet veniā etiā ſi circa finem vite ſue conuertatur. Ecce iam vidimus quatuor incitamenta penitētie. Nunc ad efficacem eius triumphationem accedamus.

¶ Queſtio tertia huius ſermonis in qua declaratur de efficaci triūphatione penitentie.

Querit a doctoribus: qui ſunt triumphi penitentie ſalutaris. Et dicū taliqui ꝙ ſūt quattuor qui notātur in hac tertia parte huius ep̄le. Primus dicitur reſumptio roboris vnde ſequitur textus. Qui cum ſurrexiſſet comedit ⁊ bibit qui prius iacebat. vñ Joh.v.de egroto.dicitur Suſtulit grabatū ſuum ⁊ ambulauit. Alius eſt protractio temporis quia ſequitur. Et ambulauit in fortitudine cibi illius.xl.diebus ⁊.xl. noctibus.i.in toto tempore huius preſentis miſerie. Hinc ad Gala. vj.dicitur. Dum tempus habemus operemur bonū. Tertius dicitur perfectio operis: quia ſequitur vſqꝫ ad montem dei oreb.i.vſqꝫ ad obſeruationē legalium mandatoriuꝫ que ad litteram data fuerunt in mōte oreb. Nam math.xix.dicitur Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata Quartus ⁊ vltim⁹ dicitur directio intentionis quia ſequitur: dei: quia perfecta penitentia dirigit in deū. Hinc mons oreb in quo ducit penitentia di: mons dei. Nam iſido. cap.xij.de ſūmo bono dicit. Eſt cōuerſis perfecta compunctiōis affectio que oēs a ſe carnaliū deſideriorum affectus repellit. Et intentionem ſuaꝫ toto mentis ſtudio in dei contēplationē defigit. Uerus igit penitens venit in monteꝫ dei oreb quia facit volūtatem patris qui in celis eſt. Et iō frater et ſoror et mater xp̄i eſt: vt dicit euangeliū hodiernum Mathei.xij.deſcriptū. In cuius prima parte ponit impenitētiū iudeorū infidelitas: que eſt vnū de impedimentis penitentie in prima parte huius ſermonis deſcriptū In ſecunda parte ponit impenitētium iudeorū damnabilitas: quia nō fuerūt incitati ad penitentiā aliquo incitamēto poſito in ſcd̄a parte huius epiſtole ſm xp̄i exempluꝫ In tertia parte ponit penitentis

triumphalitas quia generat chriſtū in ↄſcientia. Et ideo eius mater fra/ ter et ſoror eſt: q2 eſt eius coheres in monte dei oreb. Et propter timo/ rem nunq̄ꝫ deſiſtit ab incepto itine/ re: ne peccet vt in exordio dictū eſt. Ad quem monte nos perducere di/ gnet ille qui eſt benedictus in ſecu/ la ſeculorum. Amen.

Feria. v. ꝑme hebdōe. xl. expoſitio epl'e de emēdatōe pctōris ſer. viij.

f Act⁹ eſt ſer/mo dñi ad me dicens. Quid eſt ꝙ inter vos parabolā vertitis in ꝓ/uerbiū iſtud in terra iſrael dicētes Patres noſtri comederunt vuā ac/cerbā et dentes filiorū obſtupeſcūt ezechiel. xviij. hec verba ſcribunt. Pro exordio huius ſermonis ſatis vtiliter queritur. An deus inferat penam alicui ſine culpa. Et dico ꝙ non niſi inquantuꝫ eſſet medicina peccati ſanatiua. quia ait Grego/rius. Quod lima ferro: fornax au/ro flagella grano: hoc facit tribula/tio iuſto Aut pci preſeruatiua quia ſecundum pſal. plures damnantur ꝓſperitate q̄ꝫ aduerſitate. Hinc di/cit. Cadent a latere tuo mille et de/cem milia a dextris tuis. Aut ad bo/num promotiua. Unde de ſctō iob legitur. Sicut enī medicina carna/lis datur vt potioribus ꝓſtet auxili/um: quāuis quādoqꝫ minorib⁹ no/ceat. Ita deus vel ad ꝓbationē vel ad hūiliationē vel ꝓpter aliā ratio/nabilē et vtilē cauſa: quāuis nobis abſconditā in tpalibus vl' corpalib⁹ punit. vt in ſpiritualibus que ſunt potiora proficiat Concordat magi/ſter ſentētiarū. in. ij. di. xxxij. ⁊ alex. de ales. et bonauentu. et tho. 2ª 2ᵉ. q. cviij. ar. iiij. Hinc ezechiel ꝓpha dicit verba propoſita que ſunt prin/cipium epl'e in preſentiarū exponē/de. ℭ In qua de purgatiōe pctōris tres vtiles declarantur queſtiones Quarū prima dicit oris vel ſermo/nis purgatio. in principio. Secun/da dicit cordis recta cogitatio. ibi. anima que peccauerit ipſa morieт. Tertia dicitur operis iuſtificatio. ibi. et vir ſi fuerit.

ℭ Queſtio prima de murmuratio/ne peccatoris ꝙ peccata parētum tranſeant ad filios et ad poſteros.

Queritur a doctoribus. An peccata parentum trāſe/ant ad poſteros Hoc pro tanto queritur ꝙ cum in precedētibus dictū ſit de penitētia quam quidam dixerunt nō eſſe ne/ceſſariam: cum filij puniantur pro/ peccato parentum: alegantes non ſolum verba prepoſita ſed etiam il/lud Exo. xxvij. Ego ſum dñs deus tuus fortis zelotes viſitans iniqui/tatem patrum in filios in tertiam ⁊ quartam generationem. vt ergo re/moueatur impedimentū penitētie. ⁊ peccator emēdet ore ne dicat ↄtra iuſticiaꝫ dei: mota eſt preſens que/ſtio. Pro ſolutione cuius notan/da ſunt aliqua. Primū ꝙ duplex eſt pena que per peccatuꝫ a deo in/fligitur: temporalis vꝫ ⁊ eterna. Aliud notādū eſt ꝙ de⁹ ꝓpter pctā parentū punit filios ⁊ nepotes pe/na tēporali. ſicut ꝓpter peccatū filij Noe qui vocatus eſt cham: punitus eſt fili⁹ ei⁹ vocat⁹ canaan. Gen̄. ix. Et ratio eſt quia pena temporalis

reſpicit corpus ſm qꝺ filius eſt aliquid patris.vnde punit illud velut quedam portio illius qui peccauit.Et ſic intelligi poſſũt verba exodi.xxvij. et Jere.trenorum.v.patres noſtri peccauerunt ꝛ non ſunt et nos iniquitates eorum portauimus.ꝛ alia verba ſimilia que in ſcripturis inueniuntur. Aliud notandum ꝙ deus propter peccata parẽtũ nõ punit filios pena eterna que primo ꝛ directe reſpicit animã ab ipſo deo immediate creatã Ad quẽ ſenſuꝫ ad gala.vj.paulus ait:vnuſquiſqꝫ onus ſuum portabit. Et in epl'a hodierna dicitur per deum: Sicut anima patris: ita anima filij mea eſt. Quarto notandũ ẽ ꝙ preter hũc ſenſum Grego.xxvj.li.moraliũ aliud poſuit dicens.Ego ſum deus zelotes qui viſito peccata patrũ in filios vſqꝫ in tertiam ꝛ quartam progeniẽ vel generationem.lꝫ non inequalitate iudicij ſed magnitudine clemẽtie. Et.j.queſti.ij. Augu.dicit. In tertia ꝛ quarta generatione peccata patrũ ſe dñs cõminat in lege filijs redditurũ nõ inequalitate iudicij vt alij peccẽt ꝛ alij puniantur:ſed magnitudine clemẽtie: dũ expectat penitentiam ꝛ qui in generatiõe delinquitur nõ prius corrumpit ꝛ emendat. niſi tertia et quarta progenie vel generatione eueniat. Quinto notandum ꝙ preter primaꝫ expõnem cui fauent magiſter ꝛ doc.ꝛ preter ſcꝺam: adhuc aliqui dicunt predicta verba fuiſſe pabolice dicta. pabola ei ſm iero. eſt ſermo vnũ verbis exprimens et aliud ſenſu explicans.Sicut eſt parabola de ſemine.luce.viij. Et de theſauro in agro abſcondito.et de ſagena vel rete miſſa ĩ mare Dicũt eñi ꝙ incentiua vitiorum et primi motus cogitationum ꝛ prima preſentata ſenſui ad illicitam delectationẽ: ſine quibꝰ de conmuni lege preſentem vitam nemo pertranſire poteſt:hic dicuntur parentes quia ex his omnia orũt mala. filij ſunt cogitationes cũ cõſenſu. Nepotes ſunt male operationes.Pronepotes ſunt cõſuetudo ꝛ gloriatio atqꝫ contemptus peccadi. Ergo filij nepotes: pronepotes pro pctõ patrũ puniuntur quia conſenſus in opus ꝛ operatio praua ꝛ cõtemptus vel gloria peccati que omnio deus iuſte punit:ex malis cogitationibus oriuntur. Sed quia has explanationes iudei non habebant ꝛ diuinaꝫ ſcripturam male intelligebant: ideo per prophetã dñs dicit verba que ꝓpoſui. et addit Uiuo ego dicit dñs. Juramentum eſt quo iurat dñs ꝛ nihil illꝺ ꝗꝫ diffinita ſentẽtia ꝛ eius promiſſio que ſemper ſtabilis eſt iuxta illud pſal. Jurauit dñs et non penitebit eum. Et quia deo nihil eſt ſuperius ideo iurat per ſemetipſuꝫ iuxta illud Geñ.xxij.Per metipſum iuraui dicit dñs. Si pro non fuerit parabola hec in prouerbium in iſrael. vꝫ in quolibet ppl'i mei qui vult ſe emendare. ꝛ contra meam iuſticiam noluerit amplius murmurare. Ecce omnes aĩe mee ſunt:vt anima patris. ita et anima filij mea eſt. O igit felix q ꝯtra dei iuſticiam nõ murmurauerit: ꝛ ſi in hoc deficit ſe emendat.

¶ Queſtio ſcꝺa an ſit vera opinio illorum qui dicũt ꝙ anime ſunt ex

traduce.⁊ ideo peccatum vnius im
putatur alteri.

q Ueritur diligenter a docto
ribus. An anime rationa
les ſint ex traduce et pec/
catū vnius imputet alte/
ri. Et breuiter rn̄det ꝙ nō. Primo
quia phus.xvj.de animabus dicit
Intellectus tm̄ intrat ab extrinſe/
co. Item quia ſi anime eſſent ex tra
duce aut generarent a parente: ſeq
tur immediate ꝙ eſſent incorrupti
biles. Ité tertius q: auicē.vj.natu/
lium lib.v.ca.iij.dicit. Qd omniū
partiū corpis debilitant ꝟtutes in
fine etatis iuuenilis q̄ eſt circa.xl.
annos. et ꝟtus apphendēs intelle
ctiua plerūq; nō niſi vltra hāc etatē
corroborat: que ſi eſſet de virtutib⁹
corporalibus deberet debilitari. Et
cum auicēna noſſet virtutes corpo
rales que ſunt a generante: ſequit
ꝙ anima prolis non generatur a
parente. Anime ꝟo immediate cre
antur a deo. nec fuerūt ſiml' create
ab initio ſicut origenes finxit. Un
de aug. de eccliaſticis dogmatibus
xiij.cap.dicit. Creato corpore ani/
mam creari et infundi. Hinc dauid
in pſal. Qui finxit ſigillatim corda
eorū. Et patet per diffinitionē ma/
terialem aie quā poſuit phus.ij.de
anima Et auicē.vj.naturaliū lib.v
ca.iij.dicit. Manifeſtū eſt animas
incipere cū incipit materia corpo/
ralis apta ad ſeruiendū eis. Hinc
in ſcda parte huius eple dicit. Ani
ma q̄ peccauerit ipſa morieť.i. pe/
na eterna puniet mortaliter peccā/
do. Emendent ſe ergo qui actenus
ſic male cogitabant. ſ. ꝙ aie eſſent
a parentibus: et ſic pctm̄ vnius im
putaretur alteri: qd̄ falſum eſſe ma
nifeſtū eſt. Et ſic peccator debet de
ſiſtere contra deū murmurare vt vi
tam ſuā emēdet. Ita corde debet re
cte cogitare de deo a quo imedia/
te ſunt aie. et peccatū vnius nō im
putatur alteri. Sed amodo de emē
datiōe pctōris quo ad op⁹ dicendū

¶ Queſtio tertia que facere et a qui
bus peccator ſe debet abſtinere vt
vitam ſuam emendet.

q Ueritur a doctoribus q̄
tenetur peccator facere ⁊
a quibus debet ſe abſtine
re pro vite ſue emēdatio/
ne. Et dicunt ꝙ ſunt multa in hac
tertia parte huius epiſtole cōtinent
Primum eſt generalis iuſticie ex
ecutio: que iuſttcia generalis habet
duas partes: puta declinationē ma
li et operationē boni. Juxta illud
pſal. Declina a malo et fac bonū.
vnde ppha dic. Et ſi vir filius etiā
peccatoris: ſupple fuerit iuſtus. et
fecerit iudiciū: vz arte rationis ma
lum declinando: et iuſticiā.i.opus
bonū operando. Aliud eſt dei vni
us et trini honorificatio: corde: ore
⁊ opere ipm adorando et ei ſeruien
do. Juxta illud deutro.vj. et math.
iiij. Dn̄m deum tuū adorabis ⁊ illi
ſoli ſeruies. Hinc addit ppha. In
mōtibus nō comederit: nō alibi q̄z
in loco debito ſacrificauit. quod di
cebat ppter vitulos quos fecit iero
boam quorū vnū poſuit in bethel:
et alterum in dan.iij.regū.xij. vnde
addit. et oculos ſuos non leuaue//
rit ad idola domus iſrael. hoc ho/
die facit peccator per ſuperbiā deū
contempnendo ⁊ ad vana huius ſe

No q generalis iustitia habet duas partes s. declinationem mali et boni operationem

culi reſpiciendo. Hinc humilis da uid dicit in pſal. Non eſt exaltatuz cor meum neqꝫ elati ſunt oculi mei quia cor contritū et humiliatū deꝰ non deſpiciet. pſal. l. de peni. di. j. ca. ij. et. c. in actione. Tertiū eſt ad ulterij euitatio quod ē alieni thori violatio. xxxij. q. v. Non mechabe/ris. quia eſt tante culpe vt in eodez loco. q. vij. dicit. Quod in omnibꝰ peccatis adulteriū eſt grauius. Nā punitur pena mortis. di. l. q̄zuis. et leuitici. xx. Hinc ait propheta. Et vxorem proximi ſui nō violauerit. Quartū eſt carnis mundificatio: quia propheta dicit. Et ad mulierē meſtruatam nō acceſſerit: Mulier meſtruata dicit q̄ fluxū meſtruorū patitur. Et iero. dicit per ſingulos menſes grauia mulierū corpora in mundi ſanguinis effuſione releuā tur. Et idē ait. Concepti fetus ini/tium ſeminis contrahunt vt lepro/ſi et elephantici et deformes mem//bris naſcant. Caueat ergo vxor ne illud celet coeūdi deſiderio. Quin tum eſt proximi nocumenti ſubla/tio: ne. ſ. ipſum cōtumelijs verberi/bus vel aliomodo in perſona pro/pria quis affecerit. vnde ſequit. Et hominē nō contriſtauerit. Sextū eſt proximi pia ſubuentio quia ſeq tur. pignus debitori ſuo reddiderit. vbi iero. pauperi et ad ſoluendū im potenti. Septimū eſt violētie ſub/tractio. qm̄ addit. p vim nihil rapu erit. Et quia furtū eſt cōtractio rei aliene manētis aliene inuito dño/. ideo hic nō ſolū prohibet rapina ſed etiā furtū. Octauū eſt elemoſi ne donatio quia ſequit. Panē ſuū eſurienti dederit. Et per panē oīs cibus accipit. ſm iero. Et dicit eſu rientiū: ne det elemoſina vt dicit idē doctor his qui ructant plenitudine. ſed his qui cruciātur vacuitate. Et nudū opuerit veſtimēdo ſicut fecit beatus martinus. Et hoc dicit eſa. lviij. Nonū eſt vſure deteſtatio: q̄ eſt quicquid ſorti accidit. xiij. q. iij. pleriqꝫ. ⁊. q. iiij. Putant. vnde ſequi tur. Et ad vſurā non accomodaue rit. et amplius nō acceperit. quia lu ce. vj. ſcriptū ē. Mutuū date nihil inde ſeperantes. Decimū eſt pec/cati abhominatio: q: quiſqꝫ reſpec tui ſui etiā bona faciendo debet oē pctm̄ q̄ztū in ſe eſt euitare. vnde ſe/quitur. ab iniquitate auerterit ma/num ſuam Undecimum eſt perſo narum nō acceptio quia ſequit. Iu dicium verū fecerit inter virū et vi rum: ⁊ hoc dicitur quando talis eſt perſona comunis quia ſcriptum eſt leuiti. xxx. Non cōſideres perſonā pauperis i iudicio. Duodecimū eſt preceptorum obſeruatio in qua ſu/matim fugiēnda ⁊ proſequēda col ligit quia Math. xix. ſcriptum eſt. Si vis ad vitā igredi ſerua mādata Unde concludit In preceptis me is ambulauerit ⁊ iudicia mea cuſto dierit. quia vt in pſal. dicitur. Pre/cepta dei ſunt iudicia dei vera iu//ſtificata in ſemetipſa. vt faciat veri/tatem. i. viuit ſm veritatem. ſequit omnium predictorum premiū: hic iuſtus eſt vꝫ emendatus eſt in om/nibus peccator. et ideo vita viuet et non morietur. Ait dñs deus om/nipotēs ſm eccleſiam. quare? quia deus non infert ſine culpa niſi pro/meliori cauſa penaz alicui vt dictū eſt in huius ſermonis exordio. Et

peccato: emendatus eſt ore ⁊ contra deum non murmurat: dicendo peccata parentum trãſire in poſteros vt dictuȝ eſt etiã in.j.parte principali ſermonis. Emẽdatus eſt etiã corde quia nõ cogitat animas eſſe ex traduce: ⁊ peccatum vnius alteri imputandũ eſſe. vt in ſecũda parte monſtratum eſt. Emendatus eſt etiã opere his. xij.modis. Et ideo viuit fide cuȝ operibus quia iuſtus ex fide viuit: abacuc.xij.ad Hebr.x. xliiij.q.j.vbi ſana.de.pe.di.iiij. In domo.de ſacra vnc.c.vno velut mulier cananea de qua dicitur in euãgelio hodierno qd̄ ſcribit Matth. xv. que fide ſua ſaluauit filiam ſuã Et ſic nos hoc modo emendati fide animam noſtram ſaluemus mediante gratia dñi noſtri ieſu xp̄i q cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amẽ.

¶ Feria ſexta prime hebdomade quadrageſime expoſitionis ep̄le de peccato Sermo nonus.

Hec dicit dominus deus: aĩma que peccauerit ipſa morieꝛ Ezechi.xviij.capi. hec verba ſcribuntur. Pro exordio huiꝰ ſermonis queriꝛ. An peccatũ mortale tp̄aliter commiſſum puniri debeat pena eterna. Ad quod dubiuȝ doctores dicunt ꝙ ſic: quod probãt Primo ratione ſic In mortali peccato tria attenduntur. vȝ voluntas actus et obiectũ. nam eſt voluntas que peccat: et eſt actus quo peccaꝛ ⁊ eſt obiectum in quo peccatur. Voluntas eſt enĩ que peccatũ facit. vñ Aug.j.retractationũ dic̄. Peccatũ ideo peccatũ quia voluntariũ. Et Anſel. de conceptu virginali pariter ait. Voluntas eſt regina in toto regno aĩe. Et ibidem ca. iiij. dicit Meritum ⁊ demeritũ in voluntate conſiſtit. modo voluntas vellet eternaliter agere qd̄ temporaliter facit Actus ſimiliter quãuis tranſeat: tñ eternaliter eſt deformis. Obiectuȝ etiaȝ in quo peccatur quod eſt ipſe deus ſine fine eſſe cognoſcitur. Et ideo mortale peccatum eternaliter punitur. Scd̄m hoc idem probaꝛ auctoritate. vñ de volũtate grego. xxiiij. mora. dicit petro ſic interroganti Scire vellem quomõ iuſtũ ſit vt culpa que cum fine perpetrata eſt ſine fine puniatur Hoc recte petre diceretur ſi diſtrictus iudex non corda hoĩum ſed facta pẽſaret Iniqui enĩ ideo cũ fine peccauerunt quia cum fine vixerunt Nam voluiſſent ſine fine vtique viuere: vt potuiſſẽt ſine fine peccare. oſtendũt enĩ ꝙ ſp̄ in peccatis viuere cupiunt: qui nũꝙ̄ deſinunt peccare dũ viuũt. Ad magnam ergo iudicis iuſticiã pertinet vt nunꝙ̄ careat ſupplicio: qui nunquam in hac vita voluerunt carere peccato. hec ille. De obiecto Aug. xxj. de ciui. dei ca. xij. dicit Dignus eſt homo cruciatu eterno qui in ſe corrũpit voluntarie bonũ maximũ quod in eo eſſe poſſet eternum. De actu vo ſcriptuȝ eſt eccl'i.xj. Si ceciderit lignum.i. homo: ad auſtruȝ vȝ in actu charitatis: ſiue ad aquilonez in peccato mortali: in quocũꝙ̄ loco ceciderit ibi erit. vȝ eternaliter Tertio hoc idem probaꝛ exẽplis. Nam crimen leſe maieſtatis tem

perale eſt. ſeruitus vero perpetua. Item plaga temporalis eſt. cicatrix eterna. Itē pena q̄ infligitur tēporaliter vltra morā comiſſe culpe ſe extendit vt Aug. vbi ſ. dicit. Caſus in foueam temperalis eſt. ſed abſq̄ liberatione detentio ſempiterna. Et ſi lex ciuilis pro peccato tēporali cōmiſſo mortem imponit cur deus hoc agere nequit. Hinc ait propheta. Anima que peccauerint ipſa morietur: que ſunt in principio huius ep̄le v̄ba declarande poſita In qua doc. tres vtiles queſtiones mouent. Prima eſt de peccati punitione. in principio. Secunda eſt de peccati imputatione. ibi. filius nō portabit iniquitatem patris. Tertia eſt de peccati iteratiōe. ibi. ꝛ dixiſtis nō ē equa via dn̄i

¶ Queſtio prima declaratur quot ſunt punitiones peccati mortalis ꝛ maxime inducit mortem.

Queritur a doctoribus q̄t ſunt punitiones peccati. Et breuiter dicitur ab eis ꝙ ſūt decē: quarū Prima dr̄ ſeruitudinis viliſicatio. vn̄ Joh. viij. ſcribitur. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Secunda dicit̄ turpitudinis deformatio: qa de peccatoribus Jere. trenorū. iiij. dicit. Denigrata eſt ſup carbones facies eorū. Tertia dicitur penarū aggrauatio. Hic Augu. ait. Sicē mali cruciabūt in die iudicij in manifeſto ita nunc cruciantur in occulto. Quarta dicitur vilis extimatio vnde in pſal. ſcriptū eſt. Homo cū in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus ꝛ ſimilis factus eſt illis. vbi. Criſo. ait: Peius eſt comparari q̄ naſci. naturaliter nō habere rationem tollerabile eſt. hominē v̄o ratione decoratum irrationali nature comparari voluntatis crimen eſt. Quinta dicitur inimici delectatio. nā adeo peccato diabolus delectatur ꝙ beatus Gregorius. li. iij. dialogorū recitando quod accidit Andree cuidam fundane ciuitatis ep̄o dicit. Nihil ſe feciſſe extimat cum aīas nō ſauciat. Sexta dr̄ diuīa inimicatio. Unde per pſal. dn̄s in pſal. ait. Iniquos odio habui. et alibi Perfecto odio oderam illos. Septia dicitur bonorū fortune deſtructio vt extitit manifeſtum in Saule primi. Re. xv. qui per peccatum perdidit regnum. Octaua dicitur nōis perditio vt patuit in Magdalena que Luce. vij. peccatrix appellatur Nona dicitur obcecatio q̄r ſopho. primo ca. ſcribitur. Ambulabunt vt ceci quia dn̄o peccauerūt. Et ſapientie. ij. de peccatoribus ſcribit̄. Excecauit eni eos malicia eorum Decima dicitur eterna damnatio que accidit diuiti Luce. xij. Et accidit epuloni Luce. xv. Unde peccatorib' illō Math. xxv. in fine dicet̄ Ite maledicti in ignem eternum. Hinc in. j. parte huius ep̄le dicitur Anima que peccauerit ipſa morietur. Sed de his ſatis. ad alia iam tranſeamus. ſufficit ꝙ hec decē peccati punitiones figurari poſſunt ꝑ decē plagas maximas qb' pharao peccator maximus flagellatus eſt.

¶ Queſtio ſecunda de peccati imputatiōe. i. cui debet iputari pctm̄.

q Uerit᷑ a doctoꝛibus cui
debet imputari peccatū.
Et dicunt ꝙ debet impu
tari illi cuius voluntate
cōmittit᷑. ad qḋ ꝓbādū ſūt multe rō/
nes: quarū Pꝛima eſt maioꝛis cō
ſiderationis. q: ſi pcm̄ debet alteri
iputari q̄ȝ illi cuiꝰ volūtate cōmitti/
tur. pcm̄ filij deberet patri iputari:
q: cū pꝛ ꝑ generationē naturā pec
catricem ⁊ ad peccandum pꝛocliuē
filio dederit. ſed hoc non eſt. Naȝ
ꝓpħa dicit. filiꝰ nō poꝛtabit iniqui/
tatē pꝛis: ⁊ pater nō poꝛtabit iniqui
tatem filij. Alia ratio eſt dultioꝛis
cogitatiōis quia dultius cogitan/
dum eſt. ꝙ iuſticia patris q̄ȝ in
Q Uerit a doctoribus: que ſunt conditiones miſericordie. Et qr ſcđm Aug. ix. de ciui. dei Miſericordia eſt aliene miſerie in nr̄o corde cōpaſſio: hec quidē cōpaſſio poteſt eſſe motus appetitus ſenſitiui: z ſic non eſt virtus: ſed naturalis paſſio Et poteſt eſſe motus appetitus intellectiui: z ſic nō eſt virtus niſi ratione reguletur. vnde Saluſti⁹ Oēs homines qui de rebus dubijs ↄſultant ab ira et miſericordia nocuos eſſe decet. Nō eni aīm⁹ facile verū prouidet vbi iſta afficiūt. Regulat aūt rōne vt dicit Aug. ix. de ciui dei qñ ita prebetur miſericordia vt iuſticia conſeruet. ſicut fecit ille pius et miſericors zacheus vt Luce. xix. ſcriptū eſt qui in ſua miſericordia ſeptem ↄditiones obſeruauit. quarū Prima dicit velocitas quia ibi dicitur. ecce. nec mirū quia puer. iij. dicitur Ne dicas amico tuo vade: z cras dabo tibi cū ſtatim poſſis dare. maxime cū Seneca dicat. Nihil carius emit q̄z quod multis precib⁹ compatur. Alia cōditio dicitur largitatis quia dicit ibi. dimidiū: ideo paulus. ij. ad Corin. ix. dicit Qui parce ſeminat pce et metet. idcirco faciendū eſt qđ thobias. iij. dixit filio ſuo: ſi multū tibi fuerit habundāter tribue. Tertia conditio dicitur bonitatis qr dicitur ibi. bonorū: iuxta illō eccli. xxxv. Noli offerre munera praua nō eni ſuſcipet illa deus j. q. j. parſymoniā Nō eſt ergo faciendum ſm imperiū Caym: ſed ſm dictū ſapientis prouer. iij. De primicijs frugū tuarū da pauperibus. Quarta conditio dicit proprietatis quia dicitur ibi. meorum. Certe eccli. xxxiiij. dicit Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis quaſi qui victimat filiū in ↄſpectu patris quod exponitur. j. q. j. Nō eſt putā/

da. Et yſydor⁹. De rapinis ⁊ bonis alienis eccliam facere nō eſt miſeratiōis officiū: ſed criminis potius incrementū. licet de hoc Augu. xiiij. q. v. ca. Qui habetis dicat: de pctō non nunquā aliqua acquirunt que paupibus iuſte erogant. huiuſmodi enim ſcdm Richa. in. iiij. di. xv. q. ij. ar. v. lucrum meretricij: quāuis offerri non debeat in altari propter reuerētiā ſacramēti. qꝛ deutro. xxj. ſcribitur. Non offeres mercedem pſtibuli in domo dñi dei tui. De ceteris male acquiſitis ait Aug. xiiij. q. v. Nolite velle facere elemoſinas de fenore ⁊ vſuris: nā de his ⁊ ſimilibus faciēda eſt reſtitutio. c. Etate extra de iur iurā. licet de incertis dicat Aug. vbi ſ. Qui habetis aliqd de malo facite inde bonum. De ſymonia faciendū eſt ſicut dicit c. de hoc autē et. ca. Veniens. Quinta conditio dicitur charitatis quia ibi dicitur dñe. vʒ amore dei facienda eſt elemoſina et nō alia intentione. vnde Aug. ſuper pſal. Nullū eteni munus deo plene eſt gratū niſi ex amore procedat: non poteſt panis ad cibū placere niſi fuerit igne decoctus. Hinc. j. ad Corin. xij apl's ait Si diſtribuero oēs facultatates meas ⁊ reliqua. Sexta ꝯditio dicitur donabilitatis: qꝛ ibi dicitur do. ait eni ſeneca. Nihil eſt venali mia turpius. Ultima conditio dicitur pauptatis qui ibi dicit pauperibus iuxta illud eſa. lviij. Frange eſurienti panem tuū. Hec oīa fuerūt in elemoſina et miſericordia helyſei quā meritis ſuis obtinuit miraculoſe a dño et fecit vidue. vt pʒ inſpicienti ſcdam partē huius epiſtole que ex ſe pʒ. ad alia igit dicēda pcedamus

¶ Queſtio tertia de fructibus et triumphis miſericordie.

Querit a doctoribus quot ſunt fructus et triūphi miſericordie et pietatis. Et dicunt qꝫ ſunt ſeptē. Primus eorū dicit peccatorū remiſſio vñ ecci. xliij. dicit. Ignē ardentē extinguit aq̄: ⁊ elemoſina reſiſtit peccatis. Et thob. iij. Elemoſina liberat a peccato. de pe. di. j. ca. miror. et ca. Medicina. Alius dꝛ bonorū tpaliū multiplicatio. Hinc grego. ait. Terrene ſubſtātie p hoc qꝫ pauperibus diſtribuunt multiplicant. ſicut de quodā Bonifacio in libro dialo. legit. Terti⁹ dicit ſupplicatio. vñ. eccl'. xxix. dꝛ Cōclude elemoſinā in ſinu pauperis et ipſa orabit pro te. Quitus dicit a malo liberatio. vnde in pſal. dꝛ. Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperē in die mala liberabit eum dominus. Quintus dꝛ diaboli expugnatio. Hinc quedā glo. dicit. De nullo ſic vincit diabolus ſicut de miſericordia: quia eſt melior omnib⁹ ſacrificijs Math. xij. l. di. Ponderet. Se xtus dꝛ dei delectatio. quantū enīʒ delectat deus ipſa miſericordia. patet qꝛ p miſericordiā homo deo efficitur ſimilis. Unde luce. vj. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter celeſtis miſicors eſt. Leo papa in quodam ſermōe dicit. Miſericordie virtus tanta eſt vt ſine illa cetere virtutes etiaʒ ſi ſint prodeſſe nō poſſunt quāuis eni quis ſit fidelis et caut⁹ et ſobrius et alijs moribus adornatus inſignibus: ſi tamē miſericors

nõ eſt: miſericordiã nõ meret. Petrus reuenas ait. In regno celi corã angelis in conuentu reſurgentiũ ꝙ abel paſſus ſit: ꝙ noe mundũ ſaluauit: ꝙ abraã fidẽ ſeruauit: ꝙ moyſes legez tulit: ꝙ petrus reſupinus crucẽ aſcendit: dñs tacet: ⁊ clamat qđ pauꝑ comedit dicens. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mãducare Hãc miſericordiã oſtendit deus filio ꝓdigo Nam vidẽs eũ a longe: vt dicit petrus rauenas in quodã sermõe. dixit seruis ſuis. ite ꝓferte ſtolam primam. nõ dixit: vnde venis: vbi fuiſti: vbi ſunt que tuliſti: quare tantã gloriã in tantã turpitudinez cõmutaſti. ſed proferte ſtolã et induite illum. Uidetis quia delicta nõ videt vis amoris: et tãta miſericordia pater delicta neſcit. Ultimus dicitur ſupernalis glorificatio. vnde paulus ad thi. iiij. Pietas ad oĩa valet promiſſionẽ habẽs vite que nũc eſt ⁊ future. xlij. di. In principio. quod patet in tertia parte huius ep̃le Nã helyſeus mulieri vidue dixit. Uade vende oleum et redde creditori tuo. Ecce ꝙ miſericordia ſufficit in preſenti. Tu aũt et filij tui viuite de reliquo. Ecce ꝙ ſufficit in futuro. Nam mulier ſignificat aniam. filij intellectũ et voluntatez: domus eſt militans eccleſia: in qua viuim⁹ de oleo. i. de mia. Patet hoc etiaz per euangeliũ hodiernuz math. xviij. deſcriptũ: quod loquit̃ de fraterna correctione que opus eſt miſericordie: ⁊ de peccati dimiſſione que pietatis eſt operatio: hec eni quo ad ꝓximũ maxima virtus eſt. Ad quam ſeptẽ rationibus induicimur: ſeptẽ quoq; conditõibus regulamur: ⁊ ſi ea vtamur ſeptẽ fructibus et triumphis coronabimur. preſtante dei filio qui ex miſericordia pro nobis in cruce mortuus eſt. qui cum patre miſericordiarũ et luminũ viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

## ¶ Feria quarta tertie hedomade xl. expoſitionis epiſtole de preceptis. Sermo. xix.

h

**Ec dicit do**minus: honora patrẽ tuũ et matrẽ tuaz vt ſis longeu⁹ ſuꝑ terrã. Exodi. xx. hoc verba ſcribunt̃. Pro exordio huius ſermonis querit̃ a doctoribus. An chriſtianus de neceſſitate ſalutis teneat̃ obſeruare legẽ moyſi ſicut legẽ xp̃i. Et dicũt ꝙ in lege moyſi ſunt quedã moralia: quedam cerimonialia: et quedã iudicialia. Dimiſſis cerimonialibusque de neceſſitate nõ erãt: niſi quantũ moralia declarabãt. Nam quantũ ad iſta obſeruatio legis moyſi erat nimis dura. Unde augu. ad ianuarium refert. ꝙ rabi moyſes numerauit in lege veteri ſexcenta precepta Et dimiſſis iudicialib⁹. i. ea que ſuerant ordinata per ſeptuaginta ſenes etate et moribus vna cũ moyſe vt habet̃ numeri. xj. Nã iſta vt dixi nõ obligãt niſi quantũ faciũt ad precepta moralia. De ipſis moralibus loquendo dicũt: ꝙ chriſtianus de neceſſitate ſalutis tenetur ita ad obſeruationẽ vnius ſicut alterius. Et ratio eſt quia lex xp̃i cõtinet̃ in lege moyſi. ſicut ipſa ꝯtinet̃ in lege nature. ſic rota in medio rote. ezechielis. j. Naz lex naturalis habebat

vnū preceptū bonū eſſe diligenduꝫ et quia hoc erat multū generale:expoſitione indiguit:que facta eſt in lege moyſi Quī cū duplex ſit bonū Increatum et creatū.datū eſt vnū preceptū reſpectu boni increati qđ eſt deus.deutro.vj.Diliges domi/num deū tuū. Et aliud preceptū reſpectu boni creati qđ eſt proximius leui.xix.Diliges amicū tuū.vꝫ proximū.Ad quorū declarationē ordinata ſunt decē precepta decalogi que magis declarant in euangelio xp̄i.Hinc ipſe xp̄us math.v. dixit. Non veni ſoluere legē ſed ad iple/plere.Et quia neceſſitatis eſt legeꝫ moyſi obſeruare: ideo poſt curationem lepre ſpūalis que eſt peccatuꝫ mortale.et poſt adeptionē olei mi/ſericordie:lex moyſi in medio poſi/ta eſt per epiſtolā hodiernā. ¶ In qua tres vtiles queſtiones querun/tur. Prima eſt de legis explanati/one.in principio. Alia eſt de legis recordatione.ibi.cunctus aūt ppl's Tertia eſt de legis perfectiōe.ibi. Dixitqꝫ preterea deus.

¶Queſtio prima de legis explanatione videlicꝫ quot ſunt precepta legis:et quot ſunt diſtincta in tabu/lis et quare in hac epl'a primo po/nunt̃ pcepta que ptinēt ad ꝓximū.

(q)Uerit̃ a doctoribus quot ſunt precepta legis ꝛ quō diſtinguunt̃ in tabulis et quare in hac ep'la primo ponunt̃ precepta que pertinent ad proximū. Et dicunt quantū ad primū ꝙ ſunt decē. et ratio eſt quia legiſlator duo principaliter intendit Primo vt ſubditi ordinent̃ ad pncipem Secundo vt ordinent̃ ad ſe inuicē.Sic precepta legis ex diuerſitate formalis obiecti ordināt pri/mo ad deum: ſecundo ad proximū Ordinant ꝟo ad deū triplici ratione. Primo opere exhibendo reuerentiā diuine maieſtati:et ſic datur primū preceptū.vꝫ Nō habebis deos alienos In quo precepto ſcđm Aug. includit̃ quodlibet preceptū operis deo neceſſario exhibendū. Secundo ore exhibendo reuerentiam diuine veritati:ꝛ ſic dat̃ aliud preceptū.vꝫ Nō aſſumes nomē dei tui in vanū.vbi glo. Non adduces primā veritatē in teſtimoniū alicuiꝰ falſi crediti vel opinati vel dubij vl' veri nō neceſſarij. Tertio corde exhibēdo reuerentiā diuie bonitati. et ſic dat̃ illud preceptū.vꝫ Memēto vt diem ſabbati ſanctifices .vbi glo.abſtinendo ab omni eo qđ cul/tum dei et quietē mentis impedit. Iſtorū triū preceptorū Primū pertinet ad patrē in quo eſt auctioritas Aliud ad filiū in quo eſt equalitas. Tertiū ad ſpiritūſanctū in quo eſt vtriuſqꝫ charitas Ordinant etiam nos iſta precepta ad ꝓxmū duplici modo.vꝫ per exhibitionē beneficij et per fugam nocumenti. Primo modo dat̃ hoc preceptū. Honora patrem tuū et matrē tuam.vbi glo. Omni proximo ſm ſtatū ſuū debemus honorē et beneficiū impendere.artius tñ parentibus qui nos genuerunt. Aliomodo tripliciter eſſe poteſt: nocumento operis:oris et cordis. Opere etiā triplici ratione fieri poteſt. Primo in perſona propria proximi/ꝛ ſic dat̃ octauū preceptum Nō occides.vbi glo.nec vo/luntate:nec verbo: nec manu inno

BIBL • LISBOA

centē occidas quia de maleficis ex
odi.xx.ſcriptū eſt.Maleficos non
patiaris viuere:loquēdo iudici cuiꝰ
intereſt iuſticiā facere. Aliomodo
in perſona cōiuncta:et ſic dat᷑ ſextū
preceptum. vꝫ Non mechaberis
quo precepto quāuis ꝓprie prohi-
beat᷑ adulteriū.quia mechia grece
adulteriū latine. tñ ſm glo. omnis
vſus mēbrorū genitaliū excepto ſe
dere matrimonij prohibet᷑. Tertio
modo in re vtili vel exteriori ſubſtā
tia ⁊ ſic dat᷑ ſeptimū p̄ceptū vꝫ. Nō
furtū facies.quo precepto ſimplici
ter omnis illicita vſurpatio rei alie
ne ꝓhibetur. Poteſt etiā fieri nocu
mentū oris proximo et ſic dat᷑. Nō
falſum teſtimoniū dices. vbi impli
te ſm aug. ꝓhibet᷑ omē mēdaciū et
oē nocumētū oris reſpectu ꝓximi.
Corde vō dupliciṫ ꝯtingit nocere ꝓ
ximo ſicut duo ſunt illa q̄ corde poſ
ſūt ꝯcupiſci puta res delectabilis vl'
res vtilis.Si eſt res delectabilis:ſic
datur nonū preceptū vꝫ. Nō ꝯcupi
ſces vxorē proximi tui.ſm glo. pro
hibetur concupiſcentia cuiuſcunqꝫ
mulieris que vxor nō eſt.Si vō res
eſt vtilis datur vltimū preceptū. vꝫ
Non concupiſces rem proximi tui
His ꝯcordat doctor ſubtilis ⁊ alex.
de ales in.iij. di. pe. et nico.de lira
Dicunt etiā doctores quantū ad ſe
cundū ꝙ ioſephus dixit ꝙ quinqꝫ
p̄cepta erant et vna tabula et quin
qꝫ in alia.qm̄ ad litterā q̄libet tabu
la habebat duas ſuperficies:⁊ in q̄
libet ſuperficie fuerunt ſcripta duo
precepta ⁊ dimidiū.et ſic in quatu-
or fuerūt ſcripta decē. Origenes
ponit quatuor p̄cepta in vna tabu
la et ſex in alia. Augu. cōſiderans
rationes formales obiectorum tria
ponit in prima tabula. et ſeptē po-
nit in ſecunda.et hic modus dicen-
di cōiter tenet᷑. Quantū ad tertium
dicunt ꝙ ꝓpter tres rationes hoc
factū eſt. Prima qꝛ ꝓ ſtatu iſto no
ſtra cognitio reſpectu dei īcipit ab
effectu.vꝫ a creatura. Hinc paulus
ad Ro.j. Inuiſibilia dei a creatura
mundi per ea que facta ſunt intelle
cta conſpiciunt᷑. Item quia hoies
maxime chriſtiani qui ſunt fideles
magis ſunt proni ad offendendum
proximū q̄ꝫ deū. Tertio quia in di
lectione proximi includit᷑ dilectio
dei. Ideo prima pars huius epiſto
le dicit:honora patrē tuū ⁊ reliqua
que per ea que diximus iam nota
facta ſunt.

¶Queſtio ſecunda de preceptorū
legis recordatione.

Q Verit᷑ a doctoribus que
ſunt illa que ducunt nos
ad recordationē p̄cepto-
rum legis. Et dicunt ꝙ
ſunt multa. Primū dꝛ illuminatio
Vnde in pſal. Preceptum dñi luci-
dum illuminās oculos. Scōm dꝛ
inflāmatio. vnde iterū in pſal.dici
tur. Ignitū eloquiū dñi vehemen
ter. Tertiū dicit᷑ in bono confirma
tio.Hinc dauid dicit. Cōfirma me
in verbis tuis. Quartū dꝛ eterne
vite ingreſſio. vñ math. xix.Si vis
ad vitam ingredi ſerua mandata.
Quintū dicit᷑ diuina viſio.nā moy
ſes qui legē tulit quodā raptu deiſi
co ad diuinā caliginē introductus:
deū per eſſentiā vidit. vt dicit aug.
in lib.de videndo deū ad paulinū.
Sextū dꝛ diuina clarificatio:quis

facies moyſi diuina claritate reſplē
duit. vnde exo. xxxiiij. di. Facies eiꝰ
erat cornuta Septimū dicit̄ diui/
na retributio. vnde in pſal. Dauid
dicit. Inclinaui cor meū ad facien
das iuſtificatiōes tuas ꝓpter retri/
butionem. Octauū dī ſecretorum
intellectio. propterea dauid dicit.
A mandatis tuis intellexi propte/
rea odiui omnez viam iniquitatis.
Nonū dī vltima ſaluatio qꝛ idem
pſal. dicit. Fiat manus tua vt ſaluet
me qm̄ mandata tua elegi. Deci/
mum dī diuina timoratio, quia in
ſecunda parte huius epiſtole dicit̄.
Cunctus ppl̄us audiebat voces et
videbat lampades et ſonitū bucci/
ne monteq̄ꝫ fumigantē. ꝛ perterriti
atq̄ꝫ pauore ꝯcuſſi ſteterūt ꝓcul di/
centes moyſi. Loquere tu nobis et
audiemus: nō loquat̄ nobis deus
neforte moriamur. Et ait moyſes
ad ppl̄m. Nolite timere: vt enī pro/
baret vos venit deus et vt terror il
lius eſſet in vobis et nō peccaretis.
vꝫ preceptorꝝ recordatōe. De quorꝫ
recordatione nemo excuſationem
habere poteſt cum ſint ſcripta intus
in aīa penna ſpūſſancti iuxta illō
Iere. xxxiij. Dabo legē meā et ſcri
bam eam in cordibus eorꝫ. nec ſolū
precepta perpetuo memoriali ſcri/
pta ſunt in corde. ſed exteriꝰ ſcripta
ſunt in corpore manibus ne vnquā
aliqua obliuiōe deleant̄. In mani/
bus p̄mo ꝑ decē digitos. In pedibꝰ
ꝑ decē articulos. Et ī capite ꝑ quiq̄ꝫ
ſenſus interiores: et quinq̄ꝫ exterio
res. Ideo in tribus partibus corpo
ris ſcripta ſunt: vt intelligamus ꝙ
diuina precepta regulant operatio
nes: affectiones: et ſenſuū conuer/
ſationes. Hinc apoc. v. ſcriptū eſt.
vidi in dextera ſedētis ſup thronū
librū ſcriptū intus et foris. Quid ꝑ
dexterā ſedētis ſup thronū deſigna
tur niſi potentia diuine maieſtatis.
Et quid ꝑ thronū niſi aīa deuota
in qua delectabiliter deꝰ requieſcit.
Iuxta il ud ſapi. viij. Delicie mee
eſſe cū filijs hominū. que aīa ꝓpter
dignitatē thronus dei dī. Que de/
bet eſſe clara per puritatē ſolida per
ſtabilitatē. ſublimis ꝑ terrenorꝫ elō
gationez. Liber in manu ſedentis:
precepta diuina ſignificat: qui in/
tus et foris ſcriptus eſt eo ꝙ prece/
pta diuina debēt ſcribi intus in aīa
per deuotionē. foris in corpore per
operis obſ̄uationē. Sꝫ de his ſatis

¶ Queſtio tertia de legis perfecti/
one. vꝫ vtrum omnia precepta in
dilectione dei velut in perfectiori
obiecto conſiſtat.

Querit̄ a doctoribus An
oīa precepta tanq̄ꝫ in no
biliori ꝛ perfectiori obie/
cto in dilectione dei con
ſiſtāt. Et dicunt ꝙ ſic. quia cum ad
Ro. xiij. ſcriptum ſit. Plenitudo le
gis eſt dilectio: a radice charitatis
ſm̄ Grego. omnia precepta ꝛ eorū
obſeruationes emanāt ꝛ ad ipſam
tanq̄ꝫ ad vltimū terminū ordinan/
tur ꝛ reducūtur. Nam charitas eſt
qua diligitur deus ꝓpter ſe. ꝛ pro/
ximus in deo vel propter deum. per
fecta aūt dilectio dei vnit mentem
diuine poteſtati diuine veritati et
diuine voluntati. Cuiꝰ ratio eſt. qꝛ
homo perfecta dei dilectione ſic ſi/
bi vnitur ꝙ omnes ſuas actiones
refert in dei laudem ꝛ honorē: ipſiꝰ
potentiam cū obſequio venerādo

quod ad primũ mandatũ pertinet. Similiter dirigit omnes ſuas locutiones in dei laudē ꝛ honorē ipſius veritatem inſectando: quod pertinet ad ſecundum mandatum. Dirigit eſſe omnis ſuas affectiones in dei laudem ꝛ honorē ipſius bonitatem mutando: quod pertinet ad tertium mandatũ. Precepta etiã que pertinēt ad dilectionē proximi ab ipſa dilectione dei procedunt. Certe conſtat quia quicunq; proximũ pfecte diligeret: ipſum libenter honoraret ꝛ eius neceſſitatibus ſubueniret ꝛ nũq; nocumentũ ei aliqđ inferret nec corde. nec ore. nec ope in quo precepta ſcđe tabule includuntur. Ecce igit̃ ꝙ omnia precepta in dilectione dei ꝯſiſtunt Ideo in. iij. parte huius epl̃e dicitur. Dixitq; preterea dñs ad moyſen Hec dices filijs iſrael. Uos vidiſtis ꝙ de celo locutus ſum vobis. Nõ facietis deos argenteos. nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi et reliqua. Altare dei cor hominis eſt. quod in dilectione dei ꝛ proximi conſiſtens: ad moduz terre debet habere Primo firmitatem humilitatis contra ſuperbiaz. Hinc. j. pec. v. ſcribitur. humiliamini ſub potenti manu dei. iij. q. j. Nulli. Secundo ſoliditatem fidei contra infidelitatē. hereticor vt dr in. c. Excõicamꝰ. de hereticis. ꝛ diuinorũ. extra de ſorti ca. Excõmunicamus et ſortilegium. q. xv. iiij. non licet. vbi dicitur. Non licet chriſtiano elementa colere nec lune nec ſtellaruz curſus ſeruare. Aliter velut pagani ſunt. xxxvj. q. v. Nõ obſeruetis. Tertio frigiditatē caſtitatis cõtra cõcupiſcentiã. Nã qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eaz iam mechatus eſt in corde ſuo. Matth. v. xxxij. q. v. Sicut eni. ꝛ c. Si paulus. ꝛ ca. Qui viderit. ꝛ. q. vij. Non ſolum Quarto fecunditatem contra inſolentiam et ſterilitatem bonorũ operum. Naz ſm Gre. Charitas operat̃ magna ſi eſt Quito obſcuritatē meditationis paſſionis xpi. qr vt ait Greg. Nihil eſt ꝙ nõ equo animo tolleretur ſi xpi paſſio ad memoriaz reducatur. Sexto tenebroſitatem penarum inferni. hnc dauid Deſcendant in infernum viuentes. Septimo condenſitatem patientie. iuxta illud. Ja. v. Patiētes eſtote fratres Octauo cõprehenſibilitatem. vz gratiarum quia terra cõprehenditur in concauo aque que ſignificat hic gratiam Hinc. j. petri. j. Sperate in ea que offert̃ vobis gratia. Nono purgabilitatem quia terra a multis purgatur. ſic cor ab omni mala cogitatõe purgari debet. Nã vt dicit hugo. Cogitatio mala parit delectationem. Ultimo frangibilitatez quia ſicut terra frangitur ad culturam: ſic cor frangitur dolore peccati vt recipiat gratiam. hinc pſal. l. dicitur Cor contritum ꝛ humilitatũ deus non deſpiciet. de pe. di. j. cap̃. ij. cap̃. In actione Cor aũt quod habet has ꝯditiones precepta legis ad que tenemur neceſſitate. vt dicit̃ in exordio mirabiliter obſeruat. Que ſunt in. x. tabulis digito dei miro modo deſcripta. que x. ad memoriã reducuntur que in dilectioue dei conſiſtunt. quē ſi dilexiſſent iudei precepta obſeruaſſent

et nō eorum traditiōes vt dicit euā. hodiernum. Matth.v. que obſeruare nos faciat dñs ieſus chriſtus qui cum patre ꝛ ſpūſancto viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen

¶ Feria.v.tertie hebdōe.xl. Expoſitiōis ep̄le de verbo dei hoc eſt de ſancta predicatione. Sermo.xx.

# Factum eſt

verbum dñi ad Jere. a dño dicens. Sta in porta dom⁹ dñi ꝛ predica ibi verbum. Jere.vij.hec verba ſcribuntur. Pro exordio huius ſermonis queritur. Que ſunt oportuna cuilibet predicatori. Et dicūt docto. ꝙ multa: quorū aliqua ſunt de neceſſitate. aliqua ſunt de bene eſſe ꝛ vtilitate. Primū horuꝫ dicit Conſcientie puritas. Hinc paulus j.ad Corin.xiij. dicit. Si linguis hominū loquar ꝛ angelorum charitatem aūt nō hebeam factus ſum velut es ſonās aut cymbalū tiniēs j.q.j.§.opponitur. Hinc quidam dicunt. ꝙ qui extra charitatem. i. in peccato mortali predicat: mortaliter peccat. Cōcor. Rich.ꝛ Tho. iij.iiij.di.xix. Aliud eſt vite claritas quia Grego.in omiel.de virginib⁹ dic. Cui⁹ vita deſpicit reſtat vt ei⁹ predicatio ꝯtemnatur. Et Jero. ad nepotianū. Nō confundāt opera ſermonem tuum ne cū in eccl'ia loqueris: tacitus quilibet reſpondeat. Cur ergo hoc dicis qui ipſe nō facis. Tertius dicitur animarum lucrabilitas vt ſolum ad lucrū animaruꝫ predicet veritatem nō tacendo. vnde Benar. dicit. Non licet tacere. cui ex officio incūbit vicia redarguere. Hinc paulus.j.ad cor. viij.dic. Ue mihi ſi nō euāgeliza uero qꝛ teſte propħa viritatē requiret dñs. Facit ad hoc caꝑ. Error. lxxxiij.ꝛ ca.faciētis.lxxxvj. Quartum dicitur diſcretionis luciditas. quia ca.j.de officio cuſto.dicitur. Omnia cum diſcretione agantur que omniū virtutum noſcitur eſſe mater. Nam nō omnia vera dicenda ſunt: maxime quando inde ſcandalum oritur: quia Jero.imo Saluſtius fere in principio Jugurti. dicit. Fruſtra niti ꝛ nihil aliud ſe fatigādo ꝙ̄ odiuꝫ querere: extreme dementie eſt. Quintū dicitur temporis oportūitas. vnde Grego.xij.ca. paſtoralis. Sicut incauta locutio in errorem protrahit. ita in diſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant in errore dereliqt. Hinc eccl'i. iij.dicitur. Omnia tempus habent tempus tacendi ꝛ tempus loquēdi Sextum dicitur loci qualitas qꝛ in eccl'ia. vel in alio loco publico debet predicare nō aūt in priuatis domib⁹ ꝛ per oculta conuenticula ne hereſis ſuſpicatio naſcatur. xxx di. Siquis extra. hinc Matth.x.di. Quod in aure audiſtis predicate ſup tecta. Septimū dicit pſone determinabilitas naꝫ laycis eſt interdictum officiū predicandi. extra de hereticis. Sicut in vno. Octauū dicitur ſexus ſeperabilitas. qꝛ vir ꝛ nō femina debet predicare. xxxij. di. Mulier. xxxiij.q.v. Mulierem Nonuꝫ dicitur dicendorū vtilitas vnde Ambroſius ſuper lucam Nō mediocre periculum eſt ſi cū habeat predicator tanta eloquia dei et

opera que fecit: illis pretermiſſis loquatur que ſeculi ſunt. Hinc Eſa. xliiij. Ego domin⁹ docēs te vtilia. Decimū dr̄ ſcripturarū intelligibilitas. Nam Grego.xviij. moraliū dicit. Qui ad vere predicatiōis verba ſe preparat. neceſſe eſt vt cauſarum origines a ſacris paginis ſumat: vt omne quod loquitur ad diuine auctoritatis fūdamentū reuocet atq3 in eo edificiū ſue locutiōis firmet. Undecimū dr̄ diuina paupertas. Luce.ix. Nihil tuleritis in via. vbi Ambroſius. Qualis debet eſſe qui euangelizat regnū dei: preceptis euangelicis deſignatur hoc eſt vt ſubſidia ſecularis aminiculi non requirat. Ultimū dicitur auctoritatis nō proprietas: quia neq3 clericus ad predicandum admittit niſi mittatur. extra de hereti. Cum ex iniuncto. Nō p viſionē. niſi probet vt Moyſes miraculo. de cōſe. di.ij. Reuera. ſicut Jere. cui dictuz eſt. Sta in porta domus dn̄i ⁊ predica: vt dicunt verba propoſita preſentis ep̄le declarande In qua tres vtiles queſtiōes queruntur. Prima de verbi diuini preceptione. in principio. Alia eſt de verbi diuini obligatione. ibi. Audite verbum dn̄i. Tertia eſt de verbi diuini fructificatione. ibi. habitabo vobiſcuz in loco iſto Hic ſatis. Cōcordat. alex. de ales in tertio.

¶ Queſtio prima de p̄ceptiōe v̄bi diuini. vz vtrū teneat populus audire verbum dei ſicut et miſſam.

Queritur a doctoribus. Si populus xp̄ianus tenetur audire p̄dicationē ſicut ⁊ miſſaz. Et dicunt ꝙ ſic propter multas rationes: quarum Prima dicitur comparationis q2 non minoris deuotions debet eſſe populus xp̄ianus q̄3 iudaicus. Sz populus iudeorum inſiſtebat audientie diuini verbi diebus feſtiuis quando precipitur audientia miſſe. de cōſecra. di.j. Omnes fideles ergo. Hinc act.xiij. dicitur Ignorātes voces ꝑphetarū que per omne ſabbatum leguntur. Alia dicitur originationis Nam ab audientia diuini verbi originatur omne bonum. vnde Ceſarius dicit. Quamuis melius ſit facere q̄3 noſſe. prius tamen eſt noſſe ꝙ facere Audi ſcripturam dicentē. Omnis qui nō diſcerit iuſticiam ſuper terram veritatem non faciet. Tertia dicitur periculi inductiōis. Nam de nō audientibus verbuz dei in pſal. dicit Neſcierūt.ſ. benefacere neq3 intellexerūt.ſ. mala que faciebant. in tenebris ambulant. vz nō diſcernēdo bonum a malo. Quarta dicitur errorum multiplicatiōis. vn̄.xxxviij. di. in ca. Ignorantia: ſacrum cōcilium dicit. Ignorantia mater eſt omnium errorū. Et yſidorus ait. Ignorantia eſt mater ⁊ nutrix oim vitiorum. Quinta dicitur punitionis. Nam paulus.j. ad. cor.xiiij. dicit Qui ignorat ignorabitur. Et prouer.xvij Qui euitat diſcere incidit in mala. Et oſee. iiij. Non eſt ſciētia dn̄i in terra: maledictū ⁊ mēdaciuz ⁊ hōicidium ⁊ furtum et adulterium inundauerunt. ⁊ ſanguis ſanguinē tetigit. propter hoc lugebit terra et infirmabit omnis qui habitat in ea. Sexta dicitur fidei deſtructionis. Nā paulus ad Ro.

x. dicit Fides ex auditu. auditus au tem per verbũ chriſti. ergo ſi in mũ do deficeret verbum dei: deficeret fides chriſti. Unde fetor viciorum. vnde horror iferni. vnde amor vir/ tutum. vnde ſpes eternorum niſi a verbo dei. Septima dicitur. con// uerſionis. qr pp̄ha dicit. Lex dñi in maculata conuertens aias. Octa ua dicitur directõis vnde Joh. xiiij dicit. Ego ſum via veritas et vita. Nona dicitur comparatõis. Hinc Augu. j. q. j. ca. Interrogo dicit. In terrogo vos frẽs vel ſorores dicite mihi qd vobis plus eſſe videt: cor/ pus xp̄i. an verbum xp̄i. Si verum vultis reſpõdere hoc dicere debetis q̄ nõ ſit minus verbum xp̄i q̃ȝ cor/ pus xp̄i. Decima di eiuſdem pre/ ceptionis. Nam de conſe. di. j. ca. miſſas. et cap̄. ſequenti precipitur audientia miſſe diebus feſtiuis. Et ibidem ca. Sacerdote dicitur Sa/ cerdote verbum in ecclia faciente. qui egreſſus fuerit de oratorio ex/ cõmunicet Undecima dicitur obli gationis. Nam ideo ecclia non ita explicite precipit audientiaȝ verbi dei: quia curatores animarũ obli/ gantur populo predicare. xxxvj. di. Ecce. ibi. labia ſacerdotis ꝛ. xvj q. j. ca. Addicimus: q̃uis etiã hoc fecerit eccleſia. nõ ita expreſſe pre/ cepit propter paucitatem predica/ torum ꝛ incõmoditatẽ populorum

Duodecima et vltima dicitur ex/ emplificationis. Nam dominus in diebus illis quando iere. propheta bat in terra iuda que cepit. xiij. an no regis ioſie. et continuauit per xl. annos dixit ei. Sta in porta do/ mus domini et predica. et. reliqua que de ſe clara ſunt.

¶ Queſtio ſecunda de diuini verbi et ſancte predicatiõis obligatione.

Ueritur a doctorib⁹ An populus xp̄ian⁹ ad hoc preceptũ teneat ſub pe/ na peccati mortalis. Et dicunt q̄ loco et tp̄e maxime pars illa que indocta eſt eadeȝ pena ob ligatur qua tenetur ad audientiaȝ miſſe. Primo propter diuinũ pre/ ceptum. Naȝ qui eſt in mortali pec cato ꝛ in die dñico nõ dat operam vt cõuertatur: mortaliter peccat eo q̄ nõ obſeruat preceptum de obſer uatione ſabbati. Et qs modus cõ/ uentior eſt ad acquirendam cõtri/ tionem q̃ȝ auditio verbi dei. vnde Jere. xxiij. dic̄ Uerba mea ſunt q̃ſi ignis ardẽs dicit dñs: ꝛ quaſi mal leus conterens petras. Secundo propter diuinum obiectũ. Nã po/ tiſſima cauſa inſtitutiõis diei feſti fuit vt homo aliqualiter deũ crea/ torem ſuuȝ recognoſcat. vnde qui aliqua hora diei feſti deum nõ re cognoſcit. minime preceptum de ſanctificatione feſti ſeruauit. Et quomodo quis melius poteſt quã diuino verbo deum cognoſcere cũ dauid in pſal. dicat. Declaratio ſer monũ tuorũ illuminat et intellectũ dat. Tertio propter xp̄i exempluȝ qui principalius miſit apoſtolos in mundum predicare q̃ȝ miſſas cele/ brare. vnde Math. vltimo di. Eũ/ tes in mundũ vniuerſuȝ predicate euangeliũ omi creature. Quarto propter eccleſie ſtabilimentũ que ordinauit antiquitus vt infra miſſã p̄dicaretur: ſicut patet per cap̄. Sa/

cerdote.de conſe.di.j. Quinto ꝓpter naturale deſiderium: quoniā certum eſt cuilibet eternā vitam deſiderare. hinc dauid in pſal. Cōcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore: quod deſiderium maxime implet per diuinum verbum. Ariſtote. j. metha. dicit. Omnes homines natura ſcire deſiderāt. Sexto ꝓpter efficatiam. Nam archidianus ſuper cap. Interrogo vos fratres. j. q. j. dicit. Qd licet corpus chriſti predicatione maius ſit dignitate. tamē predicatio efficatior eſt vtilitate. quia per corpus xp̄i dimittuntur venalia: per predicationem dimittuntur mortalia. Septimo ꝓpter excludimentū. Naȝ cū eccl'ia excludat a miſſa interdictos. ſciſmaticos. excommunicatos. hereticos infideles alioſqȝ ab ipſa p̄ciſos: tñ a predicatione nō ſeperat quemq̄ȝ ſicut patet de conſecratiōe. di. j. ca. epiſcopus. Octauo propter detrimentū quia ſi ppl's ſtaret aliqd tēpore ſine audientia miſſe ⁊ diuini verbi: licet vtrūqȝ ſic nociuuȝ: tamē ceteris paribus experientia teſte incomparabiliter eueniret damnuȝ anime in fide ⁊ moribus ex carētia diuini verbi q̄ȝ ex carentia miſſe. Naȝ populus abſqȝ diuino verbo eſt ſicut mūdus abſqȝ ſole. Nono ꝓpter ſeperamentū quia ſi ſeparetur pars populi et habeat ſacerdotem ignaruȝ celebrantē. altera habeat alium predicantē: ſtatim eueniet parti audienti miſſas a ſacerdote ignaro qd ſcribit Matth. xv. Si cecus ceco ducatum preſtet ambo in foueaȝ cadunt. Decimo propter emolimentū. Nam ſiquis continuat predicationes diſcit qd ſit dimittēdū qd ſequēdū qd operandū. vñ methaphorice verbū dei dicere poteſt illud quod Joh. viij. d: Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris. Undecimo propter nutrimentū. Corpus eni ſine cibo viuere nō poteſt ⁊ anima ſine predicatione bñ ſtare nō valet. hinc math. iiij. xp̄s dixit. Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Duodecimo ⁊ vltimo propter complementum. Nam diuinum verbū implet omē deſiderium nō ſolum in hac vita ſȝ etiā in futura: iuxta illud pſal. In eternū dñe permanet verbuȝ tuum ꝓpter hoc ait Jere. Audite verbuȝ dñi omnis iuda. hec dicit deus exercituū. Bonas facite vias v̄ras ⁊ ſtudia veſtra. Studium eſt intenta applicatio animi. cetera patent. Propter hoc in verbis mēdacib⁹ i. eorum qui dicebant ꝙ propter templū hierl'm ſeruaret deus ppl'm q̄ūis peccaret: qd erat mēdacium

¶ Queſtio tertia quot ſunt fructus predicationis vel diuini verbi.

Queritur a doctorib⁹ q̄t ſunt fructus p̄dicatiōs vl' diuini verbi. Et dicunt ꝙ ſunt. xij. Prim⁹ dicit irradiationis quia diuinum verbū habet irradiare intellectum iuxta illud pſal. Declaratio ſermonum tuoꝝ illuminat ⁊ intellectū dat paruulis. Alius d: demōſtrationis iuxta illud pſal. Lucerna pedib⁹ meis verbum tuū. ⁊ lumen ſemitis meis Tertia dicitur declaratiōis quia ſapien. j. fons ſapientie verbū dei.

Quart⁹ dicitur decorationis naꝫ pluſq̄ꝫ intellectus fuerit irradiatus poſtq̄ꝫ fuerit ſibi iter ſalutis oſtenſuꝫ: poſtq̄ꝫ in omnibus que ſunt neceſſaria ad ſalutem fuerit declaratus: dicitur ei a ꝓpħa: decorem induiſti amictus lumine: quo videnẗ bona ꝛ mala ꝟtutes et vicia. Hinc idem ꝓpħa pſal.ix. dicit. Eloquia dñi eloquia caſta argentum igne examiatū probatum terre purgatū ſeptuplū. In quibus ſpecioſitates dignitatis.vj. per ordinem oſtēdit Prima auctoritatis quia eloquia dñi. non Ariſto. nō platonis. Alia caſtitatis. vnde Jero. Ama ſciētiā ſcripturarū et vicia carnis nō amabis, Tertia ſuauitatis quia argentum Hinc dauid. Quaꝫ dulcia faucibus meis eloquia tua. Quarta charitatis quia igne examinatuꝫ. iuxta illud pſal. ignitum eloquium tuuꝫ. Quinta ſpiritualitatis quia ꝓbatum terre. i. a terra. vñ Grego. Ignominioſum valde eſt ſub eius ſtatus ſpecie gloriam mūdi ꝛ diuicias querere in quo debet alios ad contēptum temporaliū prouocare Sexta puritatis quia purgatum ſeptulū. vꝫ vij. gradus ſpūſſci Eſay. xj. Requieſcet ſuper eum. ſ.d.ſ.ſ.ꝛ intellectus. ſ.con.ꝛ forti. ſ. ſcientie et pie. ꝛ re. eum. ſ. ti. dñi. Quintus dicitur viuificationis. vnde ꝓuer. xiij. Lex dñi fōs vite Patet etiā lu. vij. in ſuſcitatiōe adoleſcētis ꝛ Jo. xj. in ſuſcitatōe Lazari. Sextus dicitur cibationis que eſt ſignum vite. vnde Auguſti. Sicut nullum eſt maius ſignum predeſtiantiōis eterne q̄ꝫ verba dei libenter audire ſic nullum eſt peius ſignum. q̄ꝫ illa contemnere. Hinc Johānis. viij. Qui ex deo eſt verba dei audit. q: non in ſolo pane viuit hō Math. iiij. Septimus dicitur conſolationis. Canticorum. v. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt Hinc pſalmi. Factum eſt cor meuꝫ tanq̄ꝫ cera liqueſcēs. Et alibi. Memor fui dei ꝛ delectatus ſuꝫ. Hanc ſuauitateꝫ ſenſit maria Luce. x. ſenſerunt ꝛ miniſtri iudeorū. Joħ. vij. dicentes. Nunq̄ꝫ ſic locutus eſt hō

Octau⁹ dicitur inebriationis. ſicut inebriatus ē Joſeph de quo dꝛ in pſal. Eloquium dñi inflāmauit eum. Sic inebriati ſunt diſcipuli Luce vltimo. nec mirum ſi in predicatione inflammantur et inebriantur audientes quia Math. x. dꝛ predicatoribus. Nō eni vos eſtis qui loquimi ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in voƀ. Nonus dicitur confractionis. quia Jere. xxiij. ait domin⁹. Uerba mea ſunt quaſi ignis ardens ꝛ quaſi maleus conterens petras. Quid durius petra: quid molli⁹ aqua: ꝛ tamē gutta eius ſpe cadendo lapideꝫ cauat. ſic cor durum. ait abbas. Joħ. in vitis patrum verbū dei aper'it. Decim⁹ dicitur defenſionis. defendit enim ab omibus inimicis. quia prouer. xxx. ſcriptum eſt. Omnis ſermo dei ignis clypeus eſt omnibus ſperātibus in ſe. O quot vicibus viſum eſt populos verbo dei rebelles multis a deo tribulationibus flagellari conuerſoſq; ſanari. quia in pſal. ſcriptum eſt. Miſit verbum ſuum ꝛ ſanauit eos. Hinc domin⁹ in pſal. dicit. Si populus meus audiſſet. me: pro nihilo inimicos eorum hu

miliaſſem. Undecim⁹ dicit lucrationis quia Luce.viij.dicitur. Semen eſt verbum dei: quod ſi cadit in terram bonam facit fructū centeſimum. Ultimus dicitur glorificationis. quia Joh. viij. ſcribitur. Siquis ſermonem meū ſeruauerit mortem nō guſtabit ineternū. Et dominus in tertia parte huius ep̄le dicit. habitabo vobiſcū i loco iſto in terra quaꝫ dedi patribus veſtris a ſeculo ꝛ vſqꝫ in ſeculū. Igit̃ preceptioem obligationem ꝛ fructificationem diuini verbi xp̄s cōſiderans qui habet.xij.cōditiones predicationis ait in euangelio hodierno Luce.iiij. Quia ꝛ alijs ciuitatib⁹ oportet me euāgeliſare regnū dei. quia ad hoc miſſus ſum. vꝫ vt diuino verbo omnes ſalutem conſequantur: quam ipſe nobis condonare dignetur: qui vi. ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria ſexta tertie hebdoma. xl. de fidei virtute. Sermo. xxj.

c Onuenerūt filij iſrael ad moyſen et aaron ꝛ verſi in ſeditionem dixerūt: da nobis aquā vt bibam⁹. Numeri.xx.c. hec verba ſcribunt̃. Pro exordio huius ſermonis a doctoribus querit̃. An ipugnatio fidei p ſeditionē ſit maximū peccatorū. Et reſpōdent dicētes ꝙ ſeditio eſt tumultus ad pugnā qui opponitur iuſticie: et communi bono multitudinis pop̄lo. Et ideo ex ſuo genere eſt pctm̄ mortale. vn̄ ap̄ls enumerat ſeditionē.ij. ad Corinthi. xy .iter pcā mortalia: ꝛ hoc quidem tanto peccatū grauius eſt quanto bonū quod impugnat̃ maius ꝛ vtilius eſt: ꝛ quāto magis per ipm homo a deo elongat̃. hoc accidit qn̄ ſeditio eſt contra fidē: nam talis impugnatio fidei infidelitas eſt q̄ in puerſitate morū maximū pcōꝝ dicit̃ Quod pctm̄ cōmiſerūt filij iſrl̄ non prebentes fidē bonitati diuine ꝛ cōuenientes ad moyſen et aaron verſi in ſeditionē dixerūt: da nobis aquam vt bibamus. que ſunt verba preſentis ep̄le declarande. In qua tres vtiles queſtiones queruntur. Prima eſt de fidei diffinitione. in principio. Alia eſt de fidei ꝯditione. ibi. ꝛ apparuit gloria dn̄i. Tertia eſt de fidei ꝯtradictione ꝛ im pbatione. ibi. dixitqꝫ dn̄s ad moyſen ꝛ aaron: cur non credidiſtis. ꝛc̄.

¶ Queſtio prima de fidei diffnitiōe

q Ueritur a doctoribus: Quid ſit fides. Et dicunt ꝙ fides duodecim modis capitur. Unomodo pro ſacramento baptiſmi. xlv. di. de iudeis. Et in fine huius cap̄li de iudeis baptizatis dicit̃ Oportet vt fidem quā etiā vi vel neceſſitate ſuſceperunt tenere cogant̃. Secūdo mō p caſtitate thori vt vir ꝛ vxor ſibiuicē fidē ſeruēt. xxvij.q.ij. Cōiuges. Tertiomodo pro ꝯuentionali ſecuritate. xxiij.q.j. Noli extimare. in quo c. dicitur Fides qn̄ pmittitur hoſti ſeruāda eſt. Quarto modo pro conſcientia. ad Roma. xiiij. Omne qd̄ nō ē ex fide peccatū eſt glo. Omne quod nō eſt ſm cōſcientiam. de pe. di. iij. § illud. vltra medium. Et de pe. di. iiij. c. In domo dicitur Omne quod fit ꝯtra conſcientiā edificat ad gehennā. Quinto

modo pro credulitate de qua fide loquit Grego. Fides nõ habet meritũ vbi humana ratio pbibet experimentũ. intelligendo ſm doctores de ratione precedente: puta cũ quis aliter nõ crederet: niſi hũana ratõe duceret. Concordat Alexã. de ales ꝛ Bona. in. iij. di. xxxiij. ꝛ tho. 2a 2e. q. iij. ar. x. Qui etiã concordat in dictis exordij. 2a 2e. q. xlij. ar. ij. ꝛ. q. x. ar. ij. Sextomodo ꝑ cognitione que habetur in epl'a ad Roma. j. Iusticia dei in eo reuelatur ex fide in fidem. glo. Ex fide ſpei in fidẽ rei

Septimomodo ꝑ equitate actionum. extra de accu. Cum. Octauo modo ꝑ innocentia et ſimplicitate bona. xxij. q. iiij. Innocens. Nonomodo ꝑ confidentia. prouer. ij. Virũ fidelem quis inueniet. Decimomodo ꝑ legalitate que dolo eſt cõtraria. extra de depoſito. bona fides. Undecimomodo pro virtute theologica de qua paulus. j. ad corinthi. xiij. Nunc aũt manent fides ſpes: charitas. Ultimomodo pro collectione articulorꝫ ꝛ credendorꝫ vel pro obiecto fidei. Et accipiẽdo fidem iſtis duobus modis vltimis diffinitur ab apl'o ad hebreos. xj. dicente Fides eſt ſubſtãtia ſperãdarꝫ rerũ: argumentũ nõ apparẽtiũ Ubi notandũ ſcđm phm. ij. de anima qꝛ habitus cognoſcunt ꝑ actus ꝛ actꝰ ꝑ obiecta. fides ergo cũ ſit habitus quidã mentis: cognoſcit per actuz ſuũ qui eſt credere: qꝛ ſm augu. Fides eſt credere q̃ nõ vides. Cognoſcit etiã ꝑ obiectũ huiꝰ actus: qꝛ cũ actꝰ ſuus ſit credere q eſt actus intellectus determinati ad vnũ ex iperio volũtatis habet ordinẽ ad bonũ qđ eſt obiectum voluntatis: et ad verũ quod eſt obiectũ intellectus. Fides ergo cũ ſit virtus theologica habet idem ꝑ obiecto ꝛ fine. vꝫ ſummũ verum et ſummũ bonũ qđ eſt veritas prima. Hinc dyoniſius de diui. noi. ca. vij. dicit Fides eſt circa ſimplicẽ ꝛ ſemꝑ exiſtentem veritatẽ. Et quia veritas prima que deus eſt in pñti non videtur ſed ſperat. ideo fides dicitur ſubſtantia que eſt prima inchoatio rei: ſperandarũ rerũ. vnde apl'us ad Ro. viij. Quod non videmus ſpamus. Et quia ſicut ꝑ argumentũ intellectꝰ inducit ad adherẽdum alicui vero. Ita per fidẽ adheret deo. Ideo dicit argumentũ non apparentiũ. Cõcordat Tho. 2a 2e. q. iiij. arti. j. qui ordinat apl'i verba in forma diffinitionis dicẽs Fides eſt habitus mentis q̃ inchoatur vita eterna in nobis faciẽs intellectũ aſſentire nõ apparentibus. hec ille. Et magr̃ di. xxiij. Fides eſt veritas qua credunt que non vident. Sed de his ſatis. Nam ex his apparet effectus fidei ſcđm Alex. qui dicũtur ſtabilitas cũ dicitur: ſubſtãtia quia ſm Augu. fides eſt fundamentum omniũ bonorũ. firma adheſio cum dicit: ſperandarũ rerũ. Nam licet fides non habeat certã cognitionẽ: non tamẽ habet dubitationẽ quia dubiꝰ in fide infidelis eſt. extra de here. ca. j. Extra de ſũma trini. et fide catholica. ca. j. vbi dicit. In fide nullus debet dubitare. xxiij. di. Quando epus. ꝛ intellectus illuminatio. vnde Criſo. Fides religionis catholice lumen eſt anie. Sic fide illuminati Moyſen ꝛ aaron ingreſſi dimiſſa multitudine añ taberna·

culū federis corruerūt ꝑni in terrā vz ex humilitate. clamaueruntqȝ: ad dn̄m potius.ſ.corde: q̄ȝ voce iuxta illud pſal. Clamaui in toto corde meo exaudi me dn̄e: atqȝ dixerīt dn̄e deus exaudi clamorē ppl'i huius.non.ſ.deuotionis ſȝ murmurationis.ꝛ aperi theſaurꝝ tuū.i.ſecretū quod antea nō apparuerat: fontem aque viue: vt ſaciati ceſſet murmuratio eorū. O glorioſa fides ſanctorum que taȝ cito exaudiri meruiſti.

¶Queſtio ſcd̄a de fidei conditiōe.

Q Ueritur a doctoribus que ſunt ꝯditiones fidei? Et dicūt breuiter q̄ ſunt duodecim que per ordinez inferius deſcribunt. Prima nobilis fidei conditio dr̄ fundatio. Sic eni ſm phm argentū viuū principium eſt omniū metallorū et albedo omnium colorum: ſic fides eſt principium et fundamentū oium virtutū atqȝ donorū. Unde aug. ſuper ioh. dicit. Sicut in radice arboris nulla prorſus ſpecies apparet pulchritunis. et tamē quicquid eſt in arbore pulchritudinis vl' decoris ex illa ꝑcedit. Sic ex fidei humilitate: quicquid meriti: quicqd beatitudinis anima ſuſceptura eſt: ex fidei fūdamento procedit. iuxta illud pſalmiſte. Omnia opa eius in fide. Alia dicitur purgatio. hinc math. x. ſcriptum eſt. Fide purgās peccata eorum. Et prouer. xv. Per miſericordiā et fidez purgant pctā. Et bern. in quadā epl'a. Sola fides et mentis ad deū ꝯuerſio ſine effuſiōe ſanguinis: et ſine pfuſione aque: ſalutē ſine dubio operaſ volenti: ſed non valenti: prohibente neceſſitatis articulo baptizari. di. iiij. ca. Bapti. vbi dicit Fides ſupplet vbi defficit baptimus vel aliud ſacramentum.

Tertia dr̄ viuificatio. abacuch. ij. et ad ro. j. Juſtus ex fide viuit. Nā fides eſt ſimilis cordi omnia in corpe viuificanti. Quarta dicit illuminatio Mathei. ix. Creditis q̄ hoc poſſum facere vobis: et tetigit oculos eoꝝ dicēs. ſm fidem veſtrā fiat vobis: et aperti ſunt oculi eorū. Et augu. Fides eſt illuminatio mētis ad ſummā veritatē. Et criſo. Fides lampas eſt quia ſicut lampas illuminat domū: ita fides aiam. Et augu. ſup ioh. Noli intelligere vt credas: ſed crede vt intelligas. Quinta nobilis conditio fidei dr̄ diſtinctio. Unde paul' ad ro. iiij. de abraam dicit. Signū accepit circūciſionis: ſignaculū iuſticie fidei. ꝛ c. xiiij Omne q̄ nō eſt ex fide peccatum eſt. et luce. xj. Qui nō mecū eſt.ſ. ꝑ fidem: cōtra me eſt. quia ſm apl'm ad hebre. xj. Sine fide īpoſſibile eſt placere deo. j. q. j. Nō ſanat. xxviij q. j. in principio. et ca. Sic eni. De pe. di. iij. §. illud. extra de reſti. ſpo. literas. de pſcripti. Qm̄ oē. Sexta dicit cōiunctio: quia tolle fidē ꝛ tollis omnē vnitatez. Unde bern. ſup canti. Dicamus fidē vitē: virtutes palmites: botrū opus: deuotionē vinū. Septima dr̄ deſpōſatio Oſee ij. Deſpōſabo te mihi in fide Octaua dr̄ protectio. Hinc ad ephe. vltimo dicit apl's. In oibus ſumentes ſcutū fidei. Et daniel. vj. Nulla leſio inuenta eſt in eo qui credit deo de qua pſal. dicit: Scuto circūdabit te ꝛc. Nona dr̄ probatio. vnde

bern. de duodecim gradib⁹ hūilitatis. Qualis inqt ſit cuiuſcūqȝ fides tribulatio probat. j. petri. j. ca. Modicum nūc ſi contriſtari oportet in varijs temptationibus: probatio ſi dei veſtre multo precioſior eſt auro quod p ignē probaꝶ. Decima dicitur opatio math. vltio. Signa aūt eos qui crediderint hec ſequentur in noīe meo demonia eijcient. Unde bonauen. in centiloquio Uirtuti fidei miraculū tribuit. Math. xv. O mulier magna ē fides tua. mat. xvij. Si habueritis tantā fidē ſicut granū ſinapis dicetis huic monti tranſi hinc ꝛ tranſibit. Et marci. ix omnia poſſibilia ſunt credēti. ſicut accidit cuidā fideli qui ſimplici aīo credens euāgeliū ꝯtra paganos diſputans percuſſit montē martello tranſi hinc in noīe ieſu ꝛ ī mare trāſiit. Undecima dicitur triunphatio Joh. v. Hec eſt victoria que vincit mundū: fides veſtra. ad hebre. xj. Sancti per fidē vicerunt regna. Ultia dī coronatio. apoc. ij. Eſto fidelis vſqȝ ad mortē ꝛ dabo tibi coronam vite. Hinc eſt ꝙ moyſes merito fidei vt habeꝶ in ſecunda parte huius epl'e poſt apparitionē glorie ſ. cuiuſdā nubecule ſplēdide in qua erat angelus qui loquebaꝶ: de petra dedit aquas ppl'o murmuranti Text⁹ clare loquiꝶ iō cetera dicem⁹

¶ Queſtio tertia de fidei contradictione ꝛ improbatione. vȝ quibus fides efficitur mortua.

q Ueriꝶ a doctoribus: quibus fides ꝯtrariatur vel improbaꝶ ꝛ efficitur qñqȝ mortua. Et dicūt ꝙ multis modis quorū omniū eligam in preſentiarū aliquas impugnatiōes

Prima impugnatio fidei dicitur amor ſuperbie: ſunt eni quidā qui quāuis credant que neceſſaria ſunt ad ſalutē. tamen ſm fidē quā tenēt propter dignitates ꝛ honores: aut per tranquillitates et ſectas: opera bona nō operantur. Et ideo fides eorū mortua eſt. quia Jaco. ij. ſcribitur Fides ſine opibus mortua eſt. Alia vo econtra licet nō credant tn̄ apparenter videnꝶ bona operari vt in numero bonorum cōputati dignitates ꝛ honores aſſequivaleant quibus illud Math. vj. dici poteſt Receperūt mercedē ſuā. Alia impugnatio diciꝶ amor luxurie qꝛ ſūt plurimi recte credentes ꝛ fornicationes ꝛ adulteria: inceſtus ſacrilegia ꝛ ſodomias operantes ꝛ hoc qꝛ adeo ceci ſūt amore luxurie ꝙ licet credant tamen ſm fidē opera bona non opantur. Nam vt. ij. Regu. xj. ſcribitur. licet dauid crederet tamen cecus amore luxurie nō ſolū adulterium ſed homicidiū fecit. fatuus vo ſalomon vt. ij. Reg. xj. ca. diciꝶ propter mulieres ydola veneratus eſt quorū duorꝫ ꝛ ſimiliū fides mortua eſt. Alij vo econtra bona videntur operari quāuis nō credant vt luxuriari poſſint: ſicut hi qui ſub ꝑtextu cōpaternitatis ꝛ ſpūalis cure carnalitatē veneranꝶ: tn̄ ꝑtranſeo. qꝛ ſimplices mulieres clandeſtine deſpōſantes ſub pretextu mr̄imonij enorma opantur. quod ꝓhibetur extra de clande. deſpo. ca. Cum inibitio

Tertia impugnatio dicitur amor auaritie: Nam multi licet credant furta rapinas vſuras et ſymonias ſectanꝶ. quia iuxta ꝓpham. oculos

ſuos ſtatuerunt declinare in terrā. Quidā econuerſo licet non credant tñ opa bona demōſtrāt vt lucrētur ſicut queſtores qui multa ꝓmittunt ⁊ nihil obſuant et vſurarij ⁊ alij ypocrite qui vt fidem habeant plurima bona ſingūt. pͥtermitto ſacerdotes qui ca. aīe. xiij. q. j. multa alligantes imponūt penitētibus miſſas vt pro illis accepta pecunia videanͭ eos ab onere penitentie releuare. q vituperantur xxvj. q. vij. Alligāt. j. q. j. Emēdari. De vita ⁊ hone. cle. Cum ab oī. Quarta impugnatio dicitur timor mundanꝰ. Nam plurimi fidē habentes timore potiꝰ eligunt perdere celū qꝫ amittere euū: Ob hoc peccant ⁊ peccare ſe putāt ⁊ peccare nō curāt: quibus dicitur Luce. xij. Nolite timere puſillus grex quia cōplacuit patri vro dare vobis regnū. Alij vero non credunt ⁊ tñ timore perdendi mūdana operantur bona: abſtinēt a malis ne puniantur: ſed ve illis qr vt ait Grego. vileſcunt tpalia dum deſiderantur eterna. Quinta impugnatio dicitͬ timor vanus. nā aliqui licet credāt tñ timore vano potius eligunt dñis tpalibꝰ obedire quā deo. vñ contra eos actu. dr. v. oportet deo obedire magis qꝫ hoībus. xj. q. iij. Si dñs. xv. q. vij. Juratos. extra de ſac. Ex relatu. Alij econtra licet nō credant tñ ne fauorē dñorꝫ ⁊ famā ꝑdant videnͭ bona opari. d quibꝰ Jo. xij. dr Dilexerūt glīā hoīm magis qꝫ glaꝫ dei. Sexta ipugnatio dr timor humanus: qm̄ quidā licet credāt tñ ne dampnū corpis incurrāt vt mulieres nō verberenͭ a maritis ⁊ ſerui a dñis ſm fidē nō opanͭ. hoc timore peccauit petrus et alij diſcipuli tpe paſſionis xp̄i. Alij ecōtra licet nō credant tñ bona operanͭ ne perdāt vitā vt heretici maxime qui de aīa ſimplici dicunͭ ca. vnico de hereticis. i clemētis. Septima impugnatio dicitͬ vehemens tentatio: ſunt eni pleriqꝫ qui licet ꝑfecte credant ⁊ iuſtiſſime viuant plurimaqꝫ bona operentur: tamē deo ꝑmittente horribiles vexationes de fide patiunͭ ⁊ quāuis de illis doleant ⁊ ꝓ liberatione ſuppliciter exorēt: nō deſinūt tñ moleſtari qꝺ accidit aut ex naturali paſſione quā medici melāchoniā appellant: quibus poſt multas orationes fuga cōſulenda eſt. Aut ex culpe cōmiſſione maxime ꝓprie cōfidentie. Hinc Grego. Tentari permittit deus vt dū per tentationē homo concutitur imbecillitate ſua cognita in deo fortius ſolideͭ. Aut ex grē infuſione ſicut paulus fuit tētatus ſtimulo carnis. j. ad Corin. xij. Omnes hi ad orationē confugiant: et ſi liberentur: deo gratias agāt: ſi nō: martyrij palmā proculdubio expectent. vñ Aug. de verbis domini. Piſcis bonus pia fides eſt ⁊ viuit inter tempeſtates huiꝰ ſcli.

Octaua impugnatio dicitͬ nō obligatio: qr ſunt multi qui credūt: tñ ſcdm fidem non operantur qr non obliganͭ. vt patet in preceptis affirmatiuis ⁊ in oībus q potius debent vitam perdere qꝫ vitā negare: ſed ſi periculū nō iminet deſiſtunt. Nona impugnatio dicitͬ ſtatus ꝯſideratio qr ſunt qui credunt: ⁊ tñ ſm fidē non operantur: quia ad eorū ſtatū non pertinet quod fiendum eſt. vñ non licet zelanti religioſo furem ſu

ſpendere ⁊ homicidā interficere q: ij.thimo.ij. Nemo militās deo im/plicat ſe negotijs ſclaribus. nemo mittat falcē in meſſem alienā. Decima impugnatio dicit finis euentio q: ſunt qui credunt: ⁊ tñ ſm fidē non operantur quia in bonū finem euenire nō putant. quia vt Jero. ait fruſtra niti ⁊ nihil aliud ſe fatigādo q̄ȝ odiū querere extreme dementie eſt. Hinc eſt quod btā virgo innocē tem filiū ſuū paſſionis tpe nō defendit non excuſauit: q: diuino lumine illuſtrata bonū finē ide euēire ꝑuidit. ⁊ obſtiatis ſm Math. vij. Sctm̄ dare canib⁹ noluit nec margaritas inter porcos ꝓiecit ad ei⁹ etiā ſtatū non decuit nec neceſſariū putauit.

Undecima impugnatio dicit mala conſuetudo q: ſunt qui credunt ⁊ ſm fidem bonā nō operantur quia mala cōſuetudine retinentur: q̄ ſm hugonē neceſſitatē parit. Duodecima ⁊ vltima īpugnatio dicit mala aſſociatio. Nam ſunt qui credūt ⁊ ſm fidem bona nō opantur: q: mala ſocietate impediunt. Hinc eſt ꝙ eccl'ia ſtatuit quomodo debemus ⁊ in quibus ꝯuerſari cum infidelibus extra de iudeis: ad. hoc. ⁊ cū ſit. ⁊ in mltis capl'is Sicut accidit moyſi et aaron qui vt dicit magiſter cum in alijs fiducialiter egiſſet turbati mur ratione ppl'i in hoc diffident ſe habuerunt: quod dño manifeſtante cognitū eſt ꝑ hoc ꝙ non ad primā percuſſionē egreſſe ſunt aque: dixit ergo dñs ad moyſen ⁊ aaron: quia non credidiſtis mihi vt ſcificaretis me. i. ſcm̄ ⁊ firmū in verbis meis ſaceretis corā filijs iſrael: nō introducetis hos ppl'os in terrā quā dabo eis: Et ſciēdū ꝙ moyſes nō dubitauit de dei potentia: ſȝ de dei miſericordia in cōparatione ad peccatum ppl'i. Cetera patent. O igitur glio/ſa fides cuius ſediciosa ꝯtrarietas maximū peccatū eſt. que es ſubſtantia rerū ſperandarū et argumentū nō apparētium. que. xij. nobilitatibus ſplendes. que. xij. pugnationibus turbaris ⁊ tamen oīa vincis q: non tantū xp̄ianis ſed ſamaritane ⁊ ſamaritanis grām inueniſti vt patet in euāgelio hodierno Joh. iiij. Igit agamus ſm gregoriū qui ait Tunc veraciter fideles ſumus ſi q̄ȝ verbis ꝓmittimus opibus adimplemus. preſtante dño ieſu xp̄o. Qui viuit ⁊ regnat in ſcl'a ſcl'orū. Amen

¶ Sabbo. iij. hebdōe. xl. expoſitiōs epl'e. de ꝟtute ſuſanne. ſermo. xxij.

Erat vir in babilone ⁊ nomē eius Joachim ⁊ accepit vxorem nomine ſuſannā filiaȝ helchie pulchraȝ nimis et timentem dñm Danielis. xiij. hec verba ſcribūtur. Pro exordio hui⁹ ſermonis queritur a d. cto. Quid ſit matrimoniū ⁊ quare ſit inſtitutum Et dicuntꝙ matrimoniuȝ eſt viri ⁊ mulieris coniunctio indiuiduam vite conſuetudinem retinēs xxvij. q. j. §. j. extra de preſuꝑ. illud Et dicitur viri ⁊ mulieris in ſingulari: quia necꝙ vnus vir plures vxores: neqȝ mulier vna plures maritos poteſt habere. Conuictio dicitur animorum. Indiuiduam vite conſuetudinem retinēs dicitur: q̄a neuter abſqȝ conſenſu alterius pōt continentiam profiteri vel oratiōi

vacare.xxxiij.q.j.cap.ij.iij.et.iiij. Et hoc eſt intelligendū de matrimonio fideliū. Cōcoꝛdat Bona. Alexā. Rich. ꝛ Tho. in iiij. di. xxvj Et fuit inſtitutum ante peccatum ad pꝛocreationē pꝛolis. Hinc deus homini vt Gene. ij. ſcribitur mulierem in adiutoꝛiū de coſta foꝛmauit ꝛ dixit eis. Creſcite ꝛ multiplicamini. Poſt peccatum vero inſtitutum eſt ad remedium: cum dixit deus noe: ꝛ filijs eius Gen. ix. Creſcite ꝛ multiplicamini Et hec tāguntur. xxij.q.ij. His ita. Et extra de diuoꝛ. Gaudemus. ſecūdum conuinctionem xp̄i ꝛ eccleſie inſtitutionē habuit in noua lege. Ad quod pꝛobandum poteſt induci illud Math. xix. Quod deus coniūxit homo nō ſeparet. Propter hanc inſtitutionem matrimonij vir habitans in babilone qui vocabatur Joachym ꝛ creditur quod fuit de tribu iuda: accepit vxoꝛem nomine ſuſannam filiam elchie pulchꝛam nimis ꝛ timentem deū. Et cū ſunanna interpꝛetetur liliuꝫ de quo illud Canti. ij. dici poteſt. Sicut liliū iter ſpinas ſic amica mea inter filias. Ideo in hac pn̄ti epiſtola hodierna de qua ſumpta ſunt ꝟba pꝛopoſita: de hoc lilio ſtatuo loqui. Ubi de eo tres vtiles queruntur queſtiones. Prima de ſuſanne nephāda temptatōe. in pͥncipio. Alia de ſuſanne maligna accuſatione ꝛ cōdempnatione. ibi exclamauit. Tertia de ſuſanne dignatiua liberatione. ibi. Exaudiuit dominus vocem.

¶ Queſtio pꝛima de ſuſanne nephanda tēptatione.

Queritur a doctoꝛibus q̄s fuerit modus et oꝛdo temtatiōis ſuſanne. Et dicūt ꝙ in nephanda tentatione ſuſanne quatuoꝛ per oꝛdinē ānotantur. Primū eſt perſone tentate virtus puta ipſius ſuſanne: cuiꝰ virtus claret Primo a nobilitate generis qꝛ fuit de tribu iuda: et vxoꝛ ioachim qui erat honoꝛabilioꝛ omnium iudeoꝛū: ꝛ vt credūt doctoꝛes de eadē tribu erat: de quo illud pꝛouer. xxxj. dici pōt. Nobilis in poꝛtis vir eius qn̄ ſedebit cuꝫ ſonatoꝛibus terre. Sed magis nobilioꝛ erat quia virtutibus clarebat. Nam iero. ad zeleutiā dicit. Summa apud deū nobilitas eſt: clarū eſſe virtutibus Scd̄o claret virtus eius a pulchꝛitudine coꝛpoꝛis. Ait eni daniel Erat vir in babilone: et nomē eius ioachim: et accepit vxoꝛem noīe ſuſannā filiā elchie pulchꝛaꝫ nimis. Bern. ad mgr̄m Guil'm dicit. Genus clarū: coꝛpus aptū: foꝛma euidens: ingeniū velox: eruditiōis vtilitas: et moꝛū honeſtas: glorioſa q̄dem ſunt. Tertio claret virtus eius ab humilitate metis: quia dicit daniel: timentē deū. Scriptū eſt enim pꝛouer. xxxj. Mulier timens deuꝫ ipſa laudabit. Quarto claret virtus eius ab obſeruantia diuine legis. Un̄ dicit daniel. Parētes eni illiꝰ cū eēnt iuſti erudiebāt filiā ſuā ſm̄ legeꝫ moyſi. Et qm̄ in abundantia diuitiarū et honoꝛe ſeculi: raro ſanctitas poſſidetur. quia ſcriptum eſt eccle. xiij. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macla. Ideo ad āpliorē cōmēdationē adiūgit. Erat aūt ioachim diues valde: eratqꝫ ei pome

rium.i.viridariũ pomoꝝ vicinũ do
mui ſue. Et ad ipm cõfluebant iudei
eo ꝙ eſſet honorabilioꝛ oim. Ma/
gna igit fuit ꝟtus ſuſanne: quã nec
nobilitas generis: nec pulchꝛitudo
coꝛpis: nec copia diuitiarũ: nec ho
noꝛ hoſpicij: minuere potuerunt.
Aliud ꝑncipale qḋ in nephãda tẽta
tione ſuſanne notat̃ eſt tentãtiũ ſta
tus. Qui a quatuoꝛ alijs declaratur
Primo a maturitate etatis qꝛ erãt
ſenes ꝯſtituti duo. Scḋo a ſublimi
tate auctoꝛitatis quia iudices in an
no illo. Tertio ab apparantia ſan
ctitatis: quia pꝛeſbiteri. Quarto a
violẽtia iniquitatis. Unde dicit da
niel. Et cõſtituti ſunt duo ſenes iu/
dices in anno illo: de quibus locu/
tus eſt dñs. Quia egreſſa eſt iniqui
tas de babilone a ſenibus iudicibꝰ
qui videbant̃ regere populũ. iere.
xxix. Iſti frequentabant domũ ioa
chim: et veniebant ad eos oẽs qui
habebãt iudicia. Tertiũ pꝛincipa
le quod in nephanda tentatione ſu
ſanne annotat̃ eſt tentatiõis oꝛtus
que a quatuoꝛ oꝛta eſt. Primo ex
impudico aſpectu. Unde inſert da
niel. Cum aũt ppl's reuertiſſet poſt
meridiẽ igrediebat̃ ſuſanna que ꝑ
verecundia pꝛimo cũ puellis ſtabat
in camera. et deambulabat in po//
merio viri ſui: vꝫ cauſa recreatiõis.
Et viderũt eã ſenes cottidie. Ideo
ecci.ij. di. Oculi ſapientis in capi/
te eius. Et de conſe. di.ij. Accepiſti
De ſacra. vnc. ca. vno. Scḋo ex in
oꝛdinatu affectu. Uñ ſequit̃. Et ex
arſerũt in ꝯcupiſcentiã eius. Amoꝛ
enim vt ait iero. foꝛme mulieris ra/
tionis obliuio eſt: et inſanie pꝛoxi/
mius. Tertio ex inoꝛdinato et ex
cecato intellectu. vnde dicit: Et a
uerterũt ſenſum ſuũ. i. intellectũ. ſ.
a rectitudine iudicij. Et declinaue/
runt oculos ſuos ne viderent celũ
neqꝫ recoꝛdarent̃ iudicioꝛũ iuſtoꝛũ
ſapien.ij. Excecauit eos malicia eo
rum. Unde poeta quidã. Non be/
cernit amoꝛ videt oia lumine ceco
Dicit amoꝛ cecus dedecꝰ eſſe decꝰ
Hinc ponunt̃ multa i textu que nõ
recitat eccleſia. Quarto ex veſano
conatu: qꝛ vt ex his que ecclia non
recitat apte patet vulnerati amoꝛe
illius et pꝛe verecundia inuicẽ hoc
nõ reuelantes. dixit alter ad alterũ
eamus domũ: vt quiſqꝫ eoꝛũ reuer/
reret̃ otius ad colloquendũ cum ſu
ſanna. Et per diuerſas vias veniẽ
tes conuenerunt in vnũ: ꝛ ſciſcitan
tes ad inuicẽ: cauſam ſtatueũt quõ
eam poterant inuenire ſolã. Ulti
mum pꝛincipale qḋ in nephãda tẽ
tation ſuſanne notant̃ eſt tentãdi
modus: in quo modo quatuoꝛ fue/
runt. Primo fraudulenta inſidia/
tio. vude dicit daniel. Factũ eſt aũt
cum obſeruarent diẽ aptũ qñ eam
poſſent inuenire ſolã: et textus pa/
tet: pꝛeter hoc. qꝛ dixit ſuſãna puel/
lis. Afferte mihi oleũ: lachꝛyma eſt
arboꝛis aromatice: ſmigmata aqua
de oꝛdeo et palea eſt: ſm iero. facta
ad lauandũ faciẽ ꝛ refrigerandum
Scḋa copioſa perſuaſio. Unde in
fert daniel. Cum aũt eſſent egreſſe
puelle. ꝛ reliqua q̃ clara ſũt. Tertiũ
malitioſa continuatio. vnde dicit:
ꝙ ſi nolueris dicemus teſtimoniũ
contra te. Quarta ſuſãne virtuoſa
electio: vñ ſequit̃. Ingemuitqꝫ ſu/
ſanna et ait. Anguſtie ſũt mihi vn/
diqꝫ. qꝛ magnũ eſt moꝛi tpaliter: ſꝫ

anguſtioſius eſt mori eternaliter. hinc dicit. Si eni hoc egero: mors vȝ eternalis mihi eſt. Si autē non egero nō effugiā manus vras. cetera patent. ſequit virtuoſa electio. Exclamauit autem voce magna ſuſanna O benedicta ſuſāna qui potius elegit mortē corporis q̄ȝ legē dei violare

¶ Queſtio ſecūda de ſuſanne falſa accuſatione et condempnatione.

Querit a doctorib⁹. Utrū ſuſanna fuerit falſe cōdēnata. Et dicunt q̄ ſic propter quatuor. Primo ꝓpter criminationē Nam criminoſi iudices criminati ſunt eam clamādo. vnde dicit daniel. Exclamauerunt autē ſenes aduerſus eaȝ: ne. ſ. tacendo redderēt ſe ſuſpectos. Criminati ſunt etiaȝ ipſam oſtiū aperiendo: hīc ſequit. Et cucurrit vn⁹ ⁊ aperuit oſtia pomerij: qđ fecerūt ad ſimulandū q̄ iuuenis exiſſet antequā famuli veniſſent de quo mēdo ſe accuſabāt eā. Criminati ſunt adhuc eā tale ſcelus imponēdo. hinc ſequit. Cum ergo audiſſent clamorem in pomerio famuli domus irruerūt per poſticū. vȝ p' ianuā que erat poſt domuȝ. poſtq̄ȝ locuti ſunt ſenes erubuerūt maxime quia tale ſcelus nunq̄ȝ fuerat auditum de ſuſanna. Secundo propter falſam accuſationē: et patet textus vſq; ad illam partē. Credidit eis omnis populus. Tertio ꝓpter ppl'i negligētiā qui credidit abſq; ordine iuris poteſtati. deutro. xix. vbi dicitur: q̄ iudices debent diligentiſſime perſcrutari. Quarto ꝓpter ſuſanne innocētiā. id circo di: exclamauit aūt voce magna ſuſana. et reliqua.

¶ Queſtio tertia de ſuſanne dignatiua ⁊ miraculoſa liberatione

Querit a doctorib⁹. Utrū ſuſāna iuſto ordie fuerit a deo liberata? Et dicūt q̄ ſic. ꝓpt q̄tuor. Primo ꝓpt danielis appellationē. vñ ſeqt. Exaudiuit dñs vocē ſuſanne. Cūq; duceret ſuſcitauit dñs. et reliq. vñ ſequtur q̄ inſtinctu ſpūſſcti locutus eſt et dixit daniel. Ecce ego mundus ſum a ſanguine hui⁹: quaſi dicat. huic ſententie non aſſentio: ſed ab ipſa tanq̄ȝ ab iniqua appello Et cōuerſus ad euȝ oīs ppl's dixit. Quis eſt ſmo quē locutus es. quaſi dicat eſt ne a diuina reuelatiōe. vel a tua inuentione. Qui cū ſtaret in medio eorū ait. Sic fatui filij iſrael non iudicantes neq; qđ verū eſt cognoſcētes: cōdempnaſtis filiam iſrael. Reuertimini ad iudiciū q: falſum teſtimoniū locuti ſunt aduerſus eā. Secundo ꝓpter teſtiū diligentē examinationē. vnde ſequit. Reuerſus eſt ergo omis ppl's cū feſtinatione vȝ ad locū iudicij. Et dixerūt illi ſenes nō illi qui ſuſānā accuſabāt: ſed alij veni et ſede in medio noſtri quia tibi dedit deus honorē ſenectutis. ſ. ſapientie: ſcriptū eſt eni iob. xij. In antiquis eſt ſapiētia et in multo tēpore prudentia: hoc tacet eccl'ia Et dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicē procul: ne ſupple ſingant aliud mendaciū. teſtes eni ſingulatim examinādi ſunt. Cum ergo diuiſi eſſent ⁊c̄. Et infra: dicente dño deutro. xvij. ⁊ iere. xvij. Innocentē et iuſtū nō interficies. Et infra. ſub qua arbore videris eos colloquen-

tes. Et loquitur honeſte et nõ ipudice vt luxurioſi ſenes. Ex hoc etiã patet ꝙ teſtes ſunt iterrogãdi de circũſtã tijs. Et infra. ſub cino. nomẽ eſt arboris humilis et eſt idẽ ꝙ lenticus cuius ſuccus labia cõſolidat. Et infra. Ecce angelus dñi. i. iudex. Solent enim in ſcripturis iudices populi angeli nominari. Unde malachie. j. dicitur. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã et legem requirunt ex ore eius. angel⁹. n. dñi exercituũ eſt. Et ifra. ſcindet te mediũ. i. aiaz ſeparabit a corpe p lapidatõez. Et infra Sub prino. nomẽ eſt alterius arboris. Tertio ꝓpter illorũ duoꝝ ſenũ condẽpnationẽ. vnde ſequitur. Exclamauit itaqꝫ oĩs cetus. cetera patet. Quarto ꝓpter grãrũactionẽ vnde ſequitur. helchias autez et vxor eius laudauerũt deũ in die illa pro ſuſanna filia ſua cũ marito eius ioachim et cognatis eius omnibus quia nõ eſſet inuẽta in ea res turpis et nõ tantũ pro liberatione mortis quãuis hoc non recitat eccl'ia. Sic etiaz liberata eſt grã xpi adultera vt dicitur euang. hodiernũ ioh. viij. de ſcriptũ. Sed felix ſuſanna innocẽs quã accepit in vxorẽ honorabilior oĩm iudeoꝝ ioachim cui⁹ virtus claret in ſua nephanda tentatione: accuſatione: et liberatõe: que mori potius elegit ꝙ̃ legẽ dei et fidẽ mariti violare. Et nos qui hodierno die in fide ſumus inſtructi: eam ſm legem chriſti ſeruemus illeſam ipſo preſtante qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria ſcda. iiij. hebdomade quadrageſime expoſitiõis epiſtole de iudicio temerario. Sermo. xxiij

Enerũt due v mulieres ad regez ſalomonẽ. iij. reg. iiij. c. hec verba ſcribuntur Pro exordio huius ſermonis a doctorib⁹ queritur. Utrũ iudiciũ ſit actus iuſticie. Et dicũt ꝙ iudiciũ importat rectã determinationem eius quod eſt iuſtũ. vnde ꝓprie ad iuſticiã ptinet. hinc phus. v. ethi. dicit. Homines ad iudicẽ cõfugiũt ſicut ad quandam iuſticiã animatã. Et in pſal' dicitur. Quoaduſqꝫ iuſticia cõuertatur in iudiciũ. propterea iſte due mulieres venerunt ad regẽ ſalomonẽ ſicut ad iuſticiã animataz ſm verba propoſita que ſunt initiũ pñtis epiſtole declarande. ¶ In qua tres vtiles querũtur queſtiones. Prima eſt de iudicij temerarij cognitione. In principio. Alia eſt de iudicij temerarij phibitione. ibi. Tunc rex ait. Tertia eſt de iudicij temerarij deteſtatiõe. ibi. Audiuit itaqꝫ oĩs iſrl'.

¶ Queſtio prima de iudicij temerarij cognitione.

Ueritur a doctoribus quõ q iudiciũ efficitur et eſſe cognoſcitur temerariũ. Et dicũt ꝙ ad hoc bñ declarãdũ tria oportet. Primo qñ iudiciũ eſt licitũ. Secundo quãdo illicitũ Tertio propoſitũ. vz qñ eſt temerarium. Quatũ ad primũ dicunt ꝙ iudiciũ eſt licitũ ꝓpter tria. Primo quando ꝓcedit ex indignatione iuſticie. Scdo qñ procedit ex charitate. Tertio qñ ꝓcedit ſm rectã rõnẽ prudẽtie. Et iſta itellexit ſcriptura deutro. xvj. dicẽs. Iudices et magi

ſtros cõſtitues in oibus portis tuis et iudicent populum iuſto iudicio. Quantũ ad ſecundũ dicũt: ꝙ iudiciũ eſt illicitũ qñ ꝓcedit cõtra rectitudinẽ iuſticie quia ſic dicit̃ ꝑuerſũ Scḋo qñ homo iudicat in hiis in quibus nõ habet auctoritatẽ. et ſic dicitur iudiciũ vſurpatũ. Tertio modo quãdo deeſt rectitudo ratiõis: ⁊ ſic dicitur iudiciũ ſuſpicioſum. Nam scḋm tuliũ ſuſpicio importat opinionem mali. Quod vltimũ iudicium ex tribus procedit. Uno quidez modo ex hoc ꝙ aliquis in ſeipſo malus eſt: ⁊ ſue malicie ꝯſcius de aliis faciliter malum opinatur. Hic eccl'. x. dicitur. In via ſtultus ambulans cum ipſe ſit inſipiens omnes ſtultos extimat. Alio modo prouenit quando quis ad alterum male afficitur: quia de non dilectis malum facile quiſqz credit. Tertio modo prouenit ex lõnga experiẽtia. hinc phs. ii. retho. dicit. Senes ſunt maxime ſuſpicioſi: q: ſepe experti ſunt aliorũ defectus. Quantũ igitur ad propoſituz principale dicunt ꝙ triplex eſt gradus ſuſpicionis. Prim⁹ quidẽ gradus eſt: quãdo homo ex leuibus indiciis de bonitate alicui⁹ incipit dubitare: et hoc leue peccatum eſt. pertinet eni ad tentationẽ humanã ſine qua vita iſta nõ durat vt ait glo. ſup illud. j. ad corin. iiij. Nolite ante tempus iudicare. Alius quidẽ gradus eſt cuz aliquis ex leuibus indiciis ꝓ certo maliciã alterius determinat: ⁊ hoc ſi ſit de aliquo graui: mortale peccatũ eſt. cuz ſine cõtemptu proximi eſſe nõ poſſit. Unde glo. vbiſ dicit. Et ſi ſuſpitiones euitare non poſſumus: quia hoies ſumus: iudicia tamẽ. i. diffinitiuas ſententias euitare debem⁹ Tertius gradus eſt cum aliquis iudex ad condempnanduz aliquẽ ex ſuſpitione procedit: et iſtis duobus modis vltimis temerarie iudicatur et ad iiuſticiã pertinet. Concordat alex. in. iij. ſumme. et richar. et tho. 2ª 2ᵉ. q. lix. arti. ij. et. iij. Aliter etiaz dicit alexander vz ꝙ tria ſunt ſignorum genera quibus iudicare contingit Primũ ſignorũ genus dicit̃ temerariũ. vz quãdo in operatione cuiuſdã fere omẽs cauſe bone ſunt: pauce tñ male ⁊ tunc malum temerarie iudicatur. Aliud ſignoꝝ gen⁹ d: probabile quando multe cauſe ſunt bone: et multe male: et tũc faciendũ eſt qḋ iero. dicit. De dubiis nõ diffinias: ſed ſuſpenſam teneas ſententiã. verũ qui materiã ſcandali ꝑſtant: a peccato nõ excuſant̃. vj. q. j. ex merito. Tertiũ genus dicit̃ violentũ: quãdo oẽs cauſe ſunt male et nulle bone. ſicut apparuit in caym. gene. iiij. et inter has duas mulieres meretrices que venerunt ad regẽ ſalomonẽ vt ꝓma pars hui⁹ epiſtole continet que de ſe clara eſt ⁊ expoſitione non indiget. hinc ad aliam partem tranſeamus.

¶ Queſtio. ij. de iudicij temerarij ꝓhibitõe ⁊ omnimoda negatione.

Querit̃ a doctorib⁹ quare prohibetur iudiciũ temerarium. Et dicunt ꝙ propter nouem. Primo ratione vſurpationis. vnde aſtexanus in ſũma titulo. xxxviij. dicit. Iudicium falſum temerarium eſt: qñ quibus non eſt commiſſum iudicãt

Hinc apſtus.ad Ro.xiiij. Tu quis es qui iudicas alienū ſeruum, ſuo dn̄o ſtat aut cadit. Secundo ratio ne depꝛauatiōis. vnde Paulus ad Roma.ij. In quo alterum iudicas teipſum condemnas. eadem eniꝫ agis que iudicas. Tertio ratione cognitionis que defecit in iudicio ſuſanne. Daniel.xiij.vn̄ dixit.Sic fatui filij iſrael nō iudicantes neqꝫ quod verum eſt cognoſcentes condemnaſtis filiaꝫ iſrael. Quarto ratione future euentionis. vnde Auguſtin⁹ contra manicheos ait: Incertuꝫ eſt nobis qualis futurus ſit qui nunc bonus vl̓ malus apparet de cuius coꝛreptione deſperare temerariū eſt iudicium. Quinto ratione dubie intentiōis. hinc Aug. li.ij.contra manicheos ait: Quedā q̄ incerta ſunt quo animo fiant: de quibus iudicare temerariū eſt. Sexto ratione ocultationis quia ſm Auguſti. de ſermone dn̄i in monte Quedam opera aperte bona ſunt. vt deū amare: quedaꝫ mala vt deū blaſphemare. quedaꝫ indifferētia vt elemoſinā facere: ꝛ de iſtis iudicare temerariū eſt. Hic Jere.xvij.ſcriptum eſt Pꝛauum eſt coꝛ homīs.ſ. quo ad affectum. ꝛ inſcrutabile. ſ. quo ad intellectuꝫ.quis cognoſcet illud. quaſi dicat nemo niſi deus. Qui ſolus nouit coꝛda filioꝛuꝫ hominū.ij.parali.vij.ij.q.v.Cō ſuluiſti.Et ſapiētie.j.dicitur. Deus coꝛdis inſpectoꝛ eſt.xv.q.ij. Si a ſacerdotibus.xxvj.q.vj.Si preſbyter.ꝛ cap.cognouimus. Ne ſede va. c. j.de ſymonia. Nos Septimo rōe dilectionis. quia paulus.j. ad coꝛ. xiij. dicit. Charitas non cogitat malum. Octauo ratione pꝛohibitionis quia Math.vij.ſcribit. Nolite iudicare et nō iudicabimini. ij. q.j.Deus omnipotens.Et paulus ad Ro.xiiij. Nolite iudicare iuicē xxiij.q.j.In pꝛincipio.Nono rōne exemplificationis. Nam phutifar domin⁹ ioſeph temerarie iudicans miſit euꝫ in carcerem Gene.xxxix. Darius rex perſarum temerarie et falſe iudicauit Danielē mitti in lacum leonum.Danie.xiiij. Falſe iudicauerunt ſuſannam duo ſenes. Danie.xiij.Inique iudicauit herodes interſici pueros.Math.ij.Iniquiſſime iudicauit chꝛiſtū pillatus Jo.xix. Temerarie iudicauit felix pauluꝫ auctuū.xxiiij.Et vt de reliquis taceaꝫ Salomonē attendam⁹ dicentem in ſa parte huius epl̓e. reliqua tacendo tanq̄ꝫ clara ꝛ aperta.Diuidite infantē viuū.ꝛ moꝛtuum ſm magiſtrum.ꝛ date dimidiā partem vni.ꝛ dimidiam alteri.volens per hoc cognoſcere veritateꝫ et non temere iudicare.ſed alia dicenda ſunt.

¶ Queſtio.iij. de iudicij temerarij deteſtatione ꝛ iniqua fructiſitatiōe

Q Ueritur a doctoꝛib⁹ quare debet deteſtari iudicium temerariuꝫ. Et dicunt ꝙ pꝛopter nouem iniquos fructus quoꝝ Pꝛimus dicitur iniqua inquiſitio. Hinc Bern ar.dicit. Qui ſui negligens eſt alios curioſe circunſpicit.dum quoſdam ſuperioꝛes ſuſcipit quoſdaꝫ deſpicit inferioꝛes.Et in alijs quideꝫ videt quod inuidet quod irridet. Inde vt pꝛo mobilitate oculoꝛuꝫ leuigatꝰ anim⁹ nulla vtiqꝫ ſui cura aggraua

tus. modo per ſuperbiaʒ ad alta ſe erigit. modo per inuidiam in ima demergit. nūc per iracundiam ne/quiter cōtabeſcat. nūc per excellentiam pueriliter hylareſcat. In altero neq̄ʒ in altero vanus. in vtroqʒ ſuperbus exiſtit. quia ⁊ q̄ ſuperari ſe dolet ⁊ q̄ ſupare ſe gaudet amor proprie excellentie facit. Et idem ait. Noli eſſe aliorum factorū curi/oſus inq̄ſitor aut temerarius iudex Alius dicitur mentalis vagatio. Contra quā ait apoſtolus ad Ro. xiiij. Beatus qui iudicat ſemetip̄m Et hugo de ſctō victore. Si teip̄m nō vides nil bene vides. vnde qui/dā vir ſanctus cū audiſſet quēdam peccaſſe amare fleuit dicens. Iſte hodie ⁊ ego cras. Tertius dicitur preſumptio: quam arguens ap̄lus ad Roma. xiiij. dicit. Tu quis es qui iudicas ſeruum alienuʒ. Unde in vitis patrum quidam interro/gauit ſenem dicēs. Quid eſt pater quod apoſtolus ad thi. j. cap̄. dicit Omnia munda mundis. Et ſenex ait. Qui hoc intelligit ſe reſpicit inferiorem omni creatura. Cui frater Et quomodo poſſum me iudicare eo minorem quem video homici/dium perpetraſſe. reſpondit ſenex. Ille ſemel hoīcidiuʒ fecit. ego aūt omni hora occido animam meaʒ. hec. n. ſola ē hominis iuſticia vt ſe ipſum reprehendat Hinc Sene. dicit. Semper quicquid dubium eſt. hūilitas declinat in melius. Quartus dicitur ſup̄ſtitio, quā Matth. vij. xp̄s reprehendit dicens. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui ⁊ trabem in oclo tuo nō vides. vbi glo. vix inuenitur aliquis ab hoc vicio alienus quia vnuſquiſqʒ ſibi fauens: aliena facile deprehendit. ſicut ſcribe et phariſei. quibus Jo. viij. xp̄us dixit. Qui ſine peccato eſt vrm primus in eaʒ lapideʒ mit/tat Sic peccauit phariſeus luce. vij xp̄m iudicans. Quintus dr̄ precipitatio quia an̄ cognitioneʒ cauſe precipitatur ſententia trib⁹ modis. Tempore preſenti bonū iudicans qui futurus malus eſt. tempore preterito. cuʒ bonum preteritū iudicat mala intentione eſſe factum. tem/pore futuro cum quis iudicatur finaliter reprobandus. quib⁹ ad cor. iiij. dicitur. Nolite an̄ tempus iudicare. Sextus dicitur malignatio Nam qui temerarie iudicant fra/ternum malum amare vident. In/cludunt nempe et nutriunt in mente odium quod quandoqʒ non cognoſcūt. Criſo. ait. Perfectum odiū ⁊ perfectus amor rerum iudicia nō cognoſcit. Septimus dicitur de/ſpectio. vt pʒ Luce. xxviij. de phariſeo deſpiciente publicanū. Octauus dicitur excecatio. nā temerarie iudicātibus accidit qd̄ ſapiētie. ij. dicitur Excecauit eni eos malicia eoruʒ. vnde ſicut ipſi praui ſunt. ita ceteros iudicant Hinc Sene. in li. de moribus ait. Hoc habet omnis affectus vt in quod inſanit in idem putat ceteros inſanire. Et ſapien/tie. xvij. Semp̄ preſumit ſeua perturbata conſcientia. Et Criſo. ſup̄ Mat. Sic difficile aliquē ſuſpicat bonū q̄ malus eſt. Un̄ tales ſūt ſic̄ apoſtolus ad Roma. j. dicit Detractores deo odibiles. Nonus et vltim⁹ iniquus fructus dicit obliuio Nam cū quis aſueſcit alios iudica

re obliuiſcitur ſui ꝛ in tantam inſa/niam prorupit vt de quolibet ma/lum dicat. Naz ſi aliquis vacat hu militati. ait hypocrata eſt Si recre ationi guloſus eſt. Si patiẽtie timi dus eſt. Si iuſticie: impatiens eſt. Si ſimplicitati fatuus eſt. Si pru/dentie malicioſus eſt. Si maturitati flegmaticus eſt. Si iocunditati di ſolutus eſt Si religiõi ſinglaris eſt Si ſocietati ſecularis eſt. Si ſilẽtio ꝛ paci diſſimulator eſt. Si aliorum correptioni preſumptuoſus eſt. Si inſtat vigilijs et orationibus indi/ſcretus eſt. Si conmuni dormitioni ſomnolentus eſt. Si predicationi et aliorũ ſaluti: appetitor laudis eſt Si deſiſtit negligẽs et remiſſus eſt. Si habet gratiã hominũ adulator eſt. Si adulari renuit ſuperbus eſt. O quis poterit euadere a labijs ini quis. et a lingua doloſa. In hoc de niqꝫ pcm̃ etiã religioſi quãdoqꝫ ca/dũt Quib⁹. Ber. ſuper can. ſermo/ne. xij. multa dicit. in ea parte que incipit. Si is qui de clauſtro eſt. Et ideo nunqꝫ temerarie iudican/dum eſt. niſi fuerint ſigna violen/ta. vt in his duabus meretricibus ſalomõ inuenit. vnde dicitur in. iij. parte huius ep̃le. Audiuit itaqꝫ oĩs populus iſrael iudicium quod iudi caſſet rex: timueruntqꝫ regem vi/dentes ſapientiam dei eſſe in eo ad faciẽdũ iudiciũ. Et vt etiã fuerunt in ſcribis ꝛ phariſeis ſigna violẽta cupiditatis vt patet in euangelio hodierno Jo. ij. deſcripto Sed po tius eſt charitati inherendum que operit multitudinem peccatorum. puer. x. Jaco. vltimo. j. petri. iiij. i. q. j. Multe. ij. q. vij. Quemadmodũ xxiij. q. iiij. Ipa pietas. de pe. di. iij Inuñ. ex. de bapti. Maiores. poſt pncipiũ: que nos amemus ꝛ non temerarie iudicemus: vt ad gloriaz perueniamus pſtante dño noſtro ieſu xp̃o qui cum patre ꝛ ſpũſcõ vi/uit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ

¶ Feria. iij. quarte hebdoma. qua/drageſſime expoſitiõis epiſtole de ydolatria. Sermo. xxiiij.

Locutus eſt dominus ad monyſen dicens: deſcende de mõ te: quia peccauit populus tuus Ex odi. xxxij. hec verba ſcribuntur. Pro exordio huius ſermonis a do ctoribus queritur. vtrum ydolatria ſit maximum peccatorum. Et di/cunt ꝙ ſic. Et ratio eſt. quia ſicut in terrena re publica grauiſſimum eſſe videtur ꝙ aliquis honorem re gium impendat alteri qꝫ regi. quia quantuz in ſe eſt. totum rei publice perturbat ordinẽ. Ita etiã in pecca/tis que contra deũ cõmittunt. que tamẽ ſunt maxima: grauiſſimũ eſſe videtur ꝙ aliquis honorez diuinũ creature impendat: quia quantuz in ſe eſt facit aliuz deum in mundo minuens principatũ diuinũ. Hinc glo. leuiti. xv. dicit Omne peccatũ eſt imundicia anime ſed ydolatria maxime. Et ideo propter grauita tem huius peccati locutus eſt dñs ad moyſẽ dicẽs. Deſcẽde qꝛ pecca/uit anthonomice. ppl̃s tuus. vz pcõ ydolatrie que ſunt verba propoſita pñtis ep̃le declarãde. In qua tres vtiles queruntur queſtiones. Pri/ma de ydolatrie originali proceſſi/one In pncipio Scda ð ydolatrie

dilectione.ibi. Iſti ſunt dij tui. Tertia de ydolatrie offenſiōe.ibi. Rurſumq; ait dominus.

¶ Queſtio pͥma de ydolatrie originali pceſſiōe idest vñ originē habet q Verif a doctorib⁹. vnde ydolatria habuit cauſaz ⁊ originē. Et dicunt ꝙ diſpoſitiue ex hoibus: conſumatiue ex demonibus. Ex hoibus tripliciter. Unomodo ex affectus inordinatione. Nam quidam nimis amantes hoiem vel nimis venerantes: honorē diuinū ei impēderunt. vnde ſapi. xiiij. dicit. Acerbo eni luctu dolēs pater cito ſibi rapti filij fecit imaginem. Et illū qui tunc quaſi hō mortuus fuerat nunc tanq̄ deum colere cepit. et infra: et hec fuit vite humane deceptio: qm̄ aut affectui: aut regibus deſeruiētes homines: incōmunicabile nomen diuinitatis lapidib⁹ ⁊ lignis inpoſuerūt. Hec legimus feciſſe firophanem egyptiū p morte filij ſui. Inde ydolū quaſi ydos doli: qđ nos latine ſpecies doloris dicimus. Alio modo ex repreſentatōis delectatōe Nam homo naturaliter de repreſentatione delectat. vt dicit phus in poetria ſua. Et ideo hoīes rudes a principio vidētes per diligentiā artificum imagines hoim expreſſiue factas: diuinitatis cultū eis fecerunt. vnde ſapi. xiiij. Si quis artifex faber de ſilua lignum rectū ſeccauerit. Et infra Et per ſcientiā artis ſue figuret illud et aſſimulet illud imagini illius. ⁊ reliqua. Tertio modo ex veri dei obliuione cuius excellētiā hoīes nō conſiderantes: quibuſdam creaturis pꝑter pulchritudinē vel virtutē cultū diuinitatis exibuerūt. vnde ſapi. xiij. Neq; opibus attendentes agnouerūt quis eſſet artifex. ſed aut ignē: aut ſpiritū: aut citatum aerem: aut girū ſtellarū: aut nimiā aquā: aut ſolem: aut lunā: rectores orbis terrarū deos putauerit Et pꝑterea i pͥma etate nō fuit idolatria: ſꝫ in ſcđa: tpe abrae. Et in ſexta p xp̄m excluſa ē: q de diabolo triumphauit. Vñ ioħ. xij. dixit Nunc iudiciuz eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcieꝛ foras. Cōſumatiue vo idolatria ex demonibus eſt qui ſe colendo hoibus errantibus exhibuerunt in ydolis dando reſpōſa ⁊ aliqua que videbantur hoibus mirabilia faciendo. vnde in pſal. Oēs dij gentiū demonia. xxvj. q. ij Qui ſine. vbi Augu. ait. et ſunt iſta verba in li. de ciui. dei. Qui ſine ſaluatore ſalutē velit habere. ⁊ ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentez fieri poſſe: nō ſanus ſed eger eſt: nō prudens ſꝫ ſtultus: i egritudine aſſidua laborabit. et in cecitate noxia ſtultus ⁊ demēs pmanebit. Ac proinde oīs inquiſitio et omis curatio que a diuinis ⁊ magicis vel ab ipis demonibus in ydolorū cultura expetitur: mors potius dicenda eſt q̄z vita: ⁊ qui ea ſectanꝛ ſi ſe non correxerint ad eternā perditionē tendūt pſal. dicente. Omēs dij gentiū demonia ſunt: qui per deceptos hoīes alios decipere quottidie geſtiunt vt pditionis ſue faciant eos eſſe pticipes. hec ille. Patet ergo ex his vñ ydolatria habuerit originē. vñ ydolatria proprie dicitur: cū ſimulacra coluntꝛ: ſicut fecerunt iudei. vt dicit

prima pars preſentis ep̄le que inci-pit. Locut⁹ eſt dn̄s moyſi qui ſupra erat cū eo in cacumine montis. de-ſcende q: peccauit ppl'us tuus non meus: quia mutauerūt gl'iam meā in ydolū: quē eduxiſti de terra egy-pti: vt miniſter mea virtute: receſſe-runt enim cito de via .i. de lege quā oſtendiſti eis: feceruntq; ſibi vitulū conflatilē. hoc textus innuit q̄ fuit formatus ope fuſorio: quāuis qui-dam dicant q̄ fuit factus per demo-nē. Et adorauerūt. ecce ydolatria. et ſumma puerſio rōnis: τ immolaue-runt ei hoſtias: ac ſi virtute eius ho-ſtes viciſſent. hoſtie nāq; offerebā-tur ꝓ hoſtibus victis vel vincendis Cōcor. ſatis in his Alex. Bonauē. τ Richardus in .ij. τ Tho. 2ª 2ᵉ. q. lxxxiiij. articlo. j. τ. iiij.

Queſtio ſecūda de ydolatrie di-latatione opere demonum.

Q Uerit a doctoribus quo modo ydolatria tm̄ cre-uit in mundo. Et dicunt q̄ hoc euenit demonum falſa ſciētia. ficta potētia: et occulta malicia Primo ydolatria creuit in mundo demonū falſa ſcientia: quia futura τ occulta predicere videban tur: cū ſolius diuine intelligentie et ſapientie ſit futura τ occulta noſſe τ reuelare. vn̄ diuinatio quaſi diui-nitatis imitatio ē. Propterea ſciē-dū q̄ futuroꝝ triplex eſt genus Sūt eni primo quedā futura que habēt determinatā cauſaz τ infallibilem que ex neceſſitate eueniūt: ſicut tp̄s eclypſis. Sūt et ſcd̄o quedā futura que habēt determinatā cauſam ſed fallibilē q̄ nō ex neceſſitate eueniūt τ ſemꝑ: ſed vt in pluribus τ ſicut pri-ma per certitudinē cognoſci poſſūt ita iſta, ſecunda per coniecturaz: vt fertilitas ſegetis futura ſiccitas aut pluuia ab agrologis predicit. Sūt etiā tertio q̄dā futura q̄ hn̄t cauſaz indetermiatā τ fallibilē ſicut ea que ſūt a volūtate nr̄a: de qb⁹ dama. li. ij. capi. iiij. dicit. q̄ talia futura neq; angeli neq; demones nouerūt. Ra-tio eſt q: cognitio creature depen-det ex re: res autē ꝯtingens incerta eſt: τ in ſe et in ſua cauſa. Et ideo a creatura certe cognoſci nō poſſunt Diuina vero cognitio que a re ali-qua nō dependet: ſʒ eſt cauſa oium rerum: ſicut certiſſime noſcit. ita cer tiſſime oñdere τ reuelare poteſt. Et ideo qui dicūt q̄ demones poſſint futura certe predicere ydolatriā cō-mittunt: q: volunt eis diuinitatē tri buere. Conantur tn̄ ipſi demones vt ſupbi futura predicere τ ſi nō cer titudinaliter. Et accidit eis vt vera predicāt aut ſubtilitate ingenij: aut expientia longa: aut doloſa cautel la: qn̄ proponit aliqd facere et illud predicit: quaſi aliud ſit facturus: aut aliena doctrina. videlʒ cū deo ꝑmit tente ab āgelis bonis aliqd diſcūt. vnde. xxvj. q. iiij. ca. j. Aug. dicit. τ incipit capl'm Sciendū. Demōes acumine ſenſus τ celeritate motus multa ante cogitata prenūciāt que hoies ꝓ ſenſus terreni tarditate mi rent Acceſſit aūt demonibus ꝑ tam longū tp̄s quo eoꝛuʒ vita ꝓtendat rerū longe maior experiētia q̄ʒ po-teſt hominibus ꝓpter breuitatē vi-te puenire Per has efficatias quas aerei corporis natura ſortita eſt. nō ſolum multa futura predicunt de-mones: verūetiā multa faciūt: que

quã homines dicere non poſſunt: quibus ſeruiunt et quibus hono/res diuinos deferant arbitrantur. Secũdo ydolatria creuit in mun/do ficta demonũ potẽtia: quã pmo in romanis qui obtẽta victoria im/molabant demonibus: oſtendunt. ſecũdo in ſedandis tempeſtatibus. Interrogandi ſunt illi qui ↄtra tem pus turbidũ euaginato enſe ↄiura tionibus vacant. qui fruſtũ cõbu/ſti ligni de die natalis relicti extra domũ emittunt. qui tempeſte ſtatis tpe gladiũ in nauis arbore figunt: et alia que longum eſt enarrare. de quibus dicit̃. xxvj. q. vij. Nõ obſer/uetis. vnde in capl'o: illud. qd. xxvj q. ij. concludit̃ Oẽs huiuſmodi vel nugatorie vel noxie ſuperſtitionis ex quadã peſtifera ſocietate hoiũ ⁊ demonũ quaſi pacta infidelis et doloſe amicicie ↄſtituta penitus ſũt repudiande et fugiende a xp̃iano. Tertio ydolatria creuit in mũdo occulta malicia dũ quedã que ſunt naturalia demonũ opa ab ignorã/tibus extimantur. Et pꝑter hoc in decretis. xxvj. q. iiij. ca. Igit̃: multa genera diuinationum interdicũtur Quid dicendũ eſt de incantationi/bus. cũ Augu. xxvj. q. v. c. Si quis dicat. Si quis ariolos aruſpices vl' incantatores obſeruauerit: aut ſila terijs vſus fuerit anathema ſit. De mathematicis i libro ↄfeſſionũ dic̃ Illos planetarios q̃s mathemati/cos vocãt plane ↄſulerũt plane ve ro deſiſtebãt. ecce q̃t modis dilatat̃ ydolatria Sic dilatauerũt eã iudei dicentes ſicut in ſcda parte preſen/tis epl'e recitat̃. Iſti ſunt dij tui iſrl' q: plura ydola fabricare voluerunt licet helion qd interpretat̃ dij qñqꝫ ponatur in ſingulari quandoqꝫ in plurali: ſed de hoc alias.

¶ Queſtio tertia de ydolatrie offẽ/ſione

Queritur a doctoribus ſi cul tus latrie ſine pecato poſ ſit exhiberi alteri q̃ꝫ ſum mo deo. Et dicunt quod de hoc triplex opinio antiquit⁹ ex/titit. Una dicebat ꝙ cum latria ſit cultus ſumme venerationis. ⁊ in ve nerationibus ⁊ honoribus melius ẽ creſcere q̃ꝫ deficere. Jõ talis cult⁹ alij q̃ꝫ deo impendi poteſt. Hi uo irrationabiliter loquebant̃: quia et ſi oẽs ſuperiores reuereri dbem⁹ nõ tñ eadẽ obedientia ⁊ reuerẽtia oib⁹ debet̃: ſed aliqd ſpeciale debet̃ ſum mo deo: q ſingulari rõe oẽs excel/lit. Altera opinio dicebat nõ eſſe peccatũ ſi neceſſitatis tpe puta ti/more mortis quis honorẽ qui debe tur deo creature impendat: duꝫ mo do fidẽ ſeruet in mente. Et hi etiaꝫ irrationabiliter dicebãt: q: ſicut eſt peccatũ mendaciũ dicere. ita pniti oſuꝫ ẽ ſiqs exteriorẽ cultũ exhibeat alicui ↄtra illud qd ſentit in mente cũ cultus exterior ſignũ ſit interio ris. vnde Augu. cõtra Sene. vj. de ciui. dei dicit. Eo dampnabilius co lebat ydola quo illa que mẽdaciter agebat ſic ageret vt cum ppl'o vera citer agere exiſtimaretur. Ultima opinio vera dicit. ꝙ pnitioſum eſt diuinũ honorẽ alteri impendere: tũ quia talis cultus indebite deo ſub/trahit̃. tũ q: indebite minori impẽ/ditur. tũ quia deo aliquid minus eo indebite equatur. Et ideo de tali

pctō tñ ipſe deus conturbatur ſicut patet in tertia parte pꝛeſentis epl'e. vñ intulit: rurſumq; ait dñs ad moyſen. Cerno quod populus iſte dure ceruicis ſit: et ita eſt vt patet deutro.ix. Dimitte me vt iraſcaꝛ furoꝛ meus.ꝛc. Sed hic dubitatur quare dicit dimitte me. cū ſcriptū ſit Job ix. Deus cui⁹ ire nemo reſiſtere pōt Dicendū ꝙ hic nō capiꝛ ira ꝓ aliqua paſſione que foꝛmaliter in deo eſſe non poteſt: ſed ꝓ vindicta peti ꝛ effectu iuſticie: que dupliciter ꝯſideratur. Unomodo vt eſt eternaliter diſpoſita. et huic reſiſtere nemo poteſt. Aliomodo vt cōminatur et huic reſiſtere ꝑ pꝛeces ſcōꝝ ꝛ placet deo vt ſic ſibi reſiſtaꝛ ſicut placet patri ꝙ rogeꝛ ne ꝑderet filiū: vt patet in pꝛeſenti: q: poſt pꝛeces moyſi ſequitur textus: placatus eſt dñs ne faceret malū quod locutus fuerat: non aſſertiue: quia ſic nihil loquiꝛ deus quod nō fiat Numeri.xxiij. ſed cōminatiue. Sed videtur quod non fuit placatus q: ſecuta eſt vindicta. Diciꝛ ꝙ fuit placatus quantum ad omnē deletionē. Ecce igiꝛ quantū malū eſt ydolatria que eſt ꝯtra legem quā nō ſeruabant iudei vt dicit euangeliū hodiernū Joh. vij. deſcriptū. Ab ipa igiꝛ peſtifera ydolatria q̄ eſt maximū pctoꝝ que ex nequitia hominū ꝛ demonū origine ſumpſit: que falſa ſcientia: ficta potentia ꝛ occulta malitia iniquoꝝ ſpirituū creuit in mūdo: que tm dominū nr̄um offendit: quoad poſſumus nobis caueamus pꝛeſtāte domino noſtro ieſu chꝛiſto. Qui viuit et regnat deus per infinita ſecula ſeculoꝝum. Amen.

¶ Feria quarta quarte hebdomade qudrageſimale expoſitionis epiſtole de baptiſmo Sermo.xxv.

# Hec dicit dominus:

lauamini mundi eſtote. eſa.ij. hec verba ſcribuntur. Pꝛo exoꝛdio huius ſermonis: queriꝛ a doctoꝛibus. Utrum oēs etiā in vtero ſcificati teneantur ad baptiſmū. Et dicunt ꝙ ſic. Pꝛimo pꝛopter caracteris aquiſitionē quo baptizatus ānumeratur in ppl'o dei: et deputaꝛ ad percipienda diuina ſacramenta Secundo vt ꝑ baptiſmi ſuſceptionem paſſioni xp̄i etiā coꝛpoꝛaliter confoꝛmeꝛ. Tertio pꝛopter bonū obedientie: quia pꝛeceptū de baptiſmo oibus datū eſt. Hinc Joh.iij. ſcribiꝛ Niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſcō: non poteſt introire in regnū dei. de conſe. di.iiij. Filius dei. et ca. Non dubito. extra de baptiſmo Maioꝛes. et ca. Non vt apponeres. Itē iohes baptiſta quāuis fuerit iuſtificatus in vtero mr̄is tamen xp̄o dixit Math.iij. Ego a te debeo baptizari Coꝛneliū etiā iā iuſtificatū petr⁹ baptizauit vt actuū x. ſcribitur. Hinc eſa. dicit Lauamini mūdi eſtote que ſunt verba ꝓpoſita pꝛeſentis ep'e declarādde. Cōcoꝛdat Alexan. Tho. ꝛ Richar. in iiij. di.iiij. q.iij. ar.j. Et in hac qdez ep'a moꝛe ſolito tres vtiles querũtur queſtiōes. Pꝛima eſt de baptiſmi entiate ꝛ diffinitiōe. in pꝛincipio Secūda eſt de baptiſmi grē ꝯſeruatione. ibi. auferte malū et reliqua. Tertia eſt de baptiſmi fructificatōe ibi. Si fuerint pctā vr̄a vt coccinū.

Queſtionē pꝛimā huius ſermonis Require ſ. poſt tabulam

¶ Queſtio ſcda de ſacramenti baptiſmi gratie conſeruatione.

q Uerit a doctoribus quomodo gr̃a ſacri baptiſmi in adultis conſeruatur. Et dicunt ꝙ ſeptem munda tenenda ſunt vt ipa gratia ꝯſeruetur. Primo cor ab oī imunditia ꝛ maxime ab omni pſidia vt in fide nihil dubitet: q: dubius in ſide inſidelis eſt. Ideo iere. iiij. ſcribitur. La ua a malicia cor tuū. Secūdo oculi iuxta illud dauid dicētis. Auerte oculos meos ne videant vanitatem q: oculi ſapientis in capite. eccl̃. ij. De conſe. di. iiij. Accepiſti. extra de ſacra vnc. ca. vno. vñ dictū eſt ceco Joh. ix. Uade ad natatoria ſyloe et laua. ſ. oculos. Et propter hec duo dicitur per eſaiā in ſcda parta preſentis epl'e. Auferte malū cogitationum veſtrarū ab oculis meis. Tertio pedes. vnde Johis. xiij. Qui lotus eſt. vꝫ aqua baptiſmi: non indiget niſi vt pedes lauet. vꝫ inferiorū affectuum. Nam ſine illa lotione nemo poteſt accedere ad vitale pabulū. Hinc xp̃s lauit pedes ante ſacramenti miniſtrationē. vnde eſa. infert. Quieſcite agere peruerſe. Quarto manus q: dauid in pſal. dicit Lauabo inter innocentes manus meas. l. di. Cum exaudiero. et quia per manus opa bona deſignātur. hinc eſa dic. Diſcite bñfacere. Quinto facies q: math. vj. ſcriptū eſt Faciem tuā laua. extra de ſacra vnc. ca. vno. §. hoc vnguēto. Et qd per faciē ſm gregoriū niſi noticia mentis deſignatur. vnde eſa. inſert. Querite iudiciū. Sexto caput. i. ſuperior pars anime. Hinc petrus dixit dño Joh. xiij. Dñe non tm̄ pedes: ſed ꝛ manus ꝛ caput. de pe. di. ij. Si omni inquit. Et di. liij. poteſt fieri. xxij. q. ij. Btūs. Per hāc ſuperiorem partem ſcdm rectū iudiciuꝫ bona opa agenda ſunt vnde eſa. dicit Subuenite oppreſſo. Judicate pupillo. i. rationē pupilli. defendite viduā. Septimo ꝛ vltimo totū corpus exemplo iudith: que vt dicitur x. caplo. ſui libri. lauit corpus ſuum ꝛ vnxit mirto. i. amaritudine penitentie. Mirtum eni eſt vnguentuꝫ odoriferū de mirra factū. Qui hec ſeptē munda tenet proculdubio baptiſmi gr̃am conſeruat. vnde dñs p eſa. Uenite et arguite me dicit dñs quaſi dicat. Si hec que dixi feceritis ego me obligo ꝙ niſi conſeruez vobis baptiſmi gr̃am. venite et arguite me ſupple de iuſtitia vl' de miſericordia. ſꝫ hec ſufficiant in p̄ſentiarū. nūc ad alia dicēda trāſeam⁹.

¶ Quetio tertia de triumphis ꝛ fructibus ſacramenti baptiſmi.

q Uerit a doctoribus qui ſunt fructus et triumphi ſacramenti baptiſmi. Et dicūt qđ ſunt. vij. Prim⁹ triumphus dicitur preuilegiorum. Nam hoc ſacramentū multa continet priuilegia vꝫ. primitatis quia precedit omnia alia ſacramenta vt ianua. Conmunitatis quia eſt cōe omnibus et ab omnibus pōt dari. Neceſſitatis. ſ. quia iſtud ſacramētum ſolum eſt de neceſſitate ſalutis animarū. Cauſalitatis quia tante eſt efficatie vt celum aperiat ꝙ nulli ſacramento datum eſt. Hinc iudei ꝑpter ꝓuilegia ſacramēti hui⁹

dicebāt ioāni. Quid ergo baptizas ſi nō es xp̄s. neq; helias neq; ꝓph̄a Ioh̄. ij. Alius triumphus ꝛ fructus dicit̄ miraculoꝝ. Nam multa miracula in hoc ſacramēto mōſtrata ſunt. vz. Celorum aperitionis. vñ Matth. iiij. hr. ꝙ in baptiſmo xp̄i celi aperti ſunt ſuper eum. Sp̄us ſancti viſibilis miſſionis. quia columba deſcēdit. Paterne proteſtationis. quia paterna vox audita eſt dicēs. Hic ē filius meus dilectus. Oculorum illuminatiōis. vt patet actuū. ix. in paulo quando ceciderūt ſquame ab oculis eius. Tertius triumphus dicitur beneficiorum. Nam hoc ſacramentū multa beneficia confert vz. Deſponſationis. Oſee. ij. Deſpōſabo te mihi in fide Gratiarum infuſionis vnde Ioh̄. vj. xp̄s dicit. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque viue. Perfecte mūdationis. vz culpe et pene. vnde actuū. ij. petrus dixit Baptizet̄ vnuſquiſq; veſtrum in remiſſionem peccatoꝝ. Glorie donatiōis. vñ Ioh̄. vj. Qui credit in me habet vitam eternam. de pe. di. ij. Charitas. Quartus dicit̄ ipreſſionis. vz caratheris quo diſcernitur baptizatus a non baptizato. vñ de baptizatis apoc. xiiij. dicit̄. Et ecce agnus ſtabat ſupra montem ſyon. ꝛ cum illo centū quadraginta. iiij. milia habentes nomen eius. ꝛ nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Quintus dr̄ remunerationis Hinc paulus ad Roma. vj. baptiſatis ait. Soluti ſumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſp̄us. Sextus dicitur configurationis. Naz in baptiſmo trina ſit immerſio niſi neceſſitas immineat. ꝛ hoc propter triduū mortis xp̄i. Et ideo paulus ad Roma. v. dicit. Conſepulti enī ſumus cū illo per baptizmū in mortem vt quomō ſurrexit xp̄s a mortuis per gloriaz patris. ita ꝛ nos in nouitate vite ambulemꝰ. vñ Caſſi. ſuper Baptiſmus eſt trimerſio facta cum inuocatione trinitatis.

Septimus ꝛ vltimꝰ fructus vel triumphus dicitur figurationis. naz baptiſmus fuit figuratus in veteri teſtō in nube ꝛ in mari. vnde. j. ad Corinthe. x. paulus ait. Nolo vos ignorare fratres. qm̄ patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. et omnes mare trāſierūt: ꝛ omnes in moyſe baptizati ſunt in nube et in mari. vnde ſicut nubes direxit filios iſrl̄ de die in veteri teſtō. ſic baptiſmus in nouo teſtamēto dirigit xp̄ianos in terraz viuentium. Nam baptiſmus tante virtutis eſt vt Eſa. dicit Si fuerint peccata veſtra vt coccinum. i. rubei coloris. Nam eſt vermiculus cuius ſanguine tingitur coccum: per quod intelligunt̄ peccata grādia. Inde prauis peccatoribus Eſay. j. dicit. Manus veſtre ſanguine plene ſunt. ꝛ in pſal. dicit̄ Libera me de ſanguinibus. q̄ſi nix dealbabuntur. vz per virtutem baptiſmi. Et ſi fuerint nigra quaſi vermiculus. et eſt idem ſm̄ glo. velut lana alba erunt. poſſunt tamen diſtingui vt per coccinū peccata que procedunt ex amore male inflammante intelligantur. ꝛ per vermiculum intelligantur peccata que procedunt ex timore male humiliante Et concludit. Si volueritis. i. face

re que dicta ſunt. ⁊ audieritis me. bona terre.ſ. viuentium comedetis Et addit eccl'ia. Ait dn̄s omipotēs vz que dicta ſunt de baptiſmo quō ad eum omnes tenentur. quid ſit: ⁊ que riquiruntur ad perfectionem eius quomō gratia eius conſeruā/tur. Et ꝙ ſunt fructus ⁊ triumphi eius. qui denotantur in euangelio hodierno Johis.ix. deſcripto In quo dicit ꝙ cecus miſſus eſt a dn̄o in natatoria ſyloe quod iterpretat miſſus. Nos igitur dilectiſſimi per gratiam baptiſmi illuminati quo ad poſſumus conſeruemus eā do/nante illo qui baptiſmuz inſtituit. Qui viuit ⁊ reg. deꝰ p o.ſe.ſe. Amē

¶ Feria.v.iiij.hedomade.xl.expo ſitionis epiſtole de gratia miraculo rum. Sermo.xxvj.

V**Enit muli**/er ſunamittis ad heli/ſeum ꝓpham in mon/tem carmeli.iiij Regū iiij.ca. hec verba ſcribuntur Pro ex ordio huius ſermonis a doctorībꝰ queritur. An pro optinendo mira/culo recurrendum ſit ad ſanctos vi/ros. Et dicunt ꝙ recurrendum ad ſanctos pro optinendo miraculo: duplici intētione fieri poteſt. Una vt ipſa miracula per ipſos ſanctos propria virtute fiant. ⁊ ſic ad ipſos vi nō debet cum ſic miracula face/re non poſſunt. Naz de ratione mi raculi eſt quod fiat per actiuā potē/tiam agentis ſupernaturalis preter modum conſuetū. ⁊ in re vbi nō ſit niſi pura diſpoſitio obedientie. vn̄ miraculuz ſic deſcribitur. Miraculum eſt opus arduū ꝑter ſpez natu/re ⁊ inſolitum. Cōcordat Richar. in.iiij.diſ.xvij. q.vltia articulo.viij Alia intētione addi poteſt vt eorū meritis ⁊ orationibus impretentur ⁊ ſic fideles ad eos recurrere poſſūt vt patet in hac ep'la. ſm verba pro/ponita. In qua tres vtiles querun tur queſtiones. Prima eſt de mira culi operationis gratie donatione In ꝑncipio. Secunda eſt de huiꝰ gratie donationis diſtictione. ibi: reuerſuſq; eſt gieſi. Tertia ē de mi raculi meriti attributiōe. ibi. venit illa et corruit ad pedes eius ⁊ adora uit. vt Prima queſtio ſit. Utrum operatio miraculorū ſit gratia gra tis data. Scd'a ſit vtrū mali poſ/ſunt facere mirac'la. Tertia ſit. vtrū miraculū attribuatur merito fidei.

¶ Queſtio.j. de miraculi opatiōis grē donatione. vz vtrū opatio mi/raculorum ſit gratia gratis data.

QUeritur a doctorībꝰ. An operatio miraculoruz ſit gratia gratis data. Et di cunt quod ſic q: cū ſpūſ/ſanctus ꝓuideat eccleſie ſufficien/ter in his que ſunt vtilia ad ſalutez ad que ordinant gratie gratis da/te. ſicut oportet ꝙ diuina ⁊ neceſſa ria ad ſalutem deducantur ad noti ciam hominis per gratiam ſermo nis. Ita neceſſe eſt ꝙ ſermo prela/tus confirmetur per operationem miraculorum. vnde Marci vltimo ſcribitur. Illi aūt propfecti predica uerunt vbiq; dn̄o cooperante ⁊ ſer monē cōfirmante ſequentibꝰ ſignis Item aſſignatur alia ratio: quia na turale eſt homi vt veritatem intelli

gibilem per ſenſibiles effectus de/
prehēdat. vnde ſicut ductu natura/
li omnis homo peruenire poteſt
in aliquā dei noticiam per effectus
naturales. Ita p aliquos ſuper na
turales effectus qui miracula dicūt
in aliquam ſupnaturalez cognitio
nem credendorum homo adducit
que operatio miraculorū pertinet
ad gratiā gratis dataz. vnde apl'us
j. ad Corin. xij. dicit. Alij datur gra
tia ſanitatum. Alij operatio virtutū
Itē tertio pz exēplo. helieſei pphe.
in quo requieuit duplex ſpiritus he
lie. iiij. Reg. j. vz in pphetando et
miracula operando. Idcirco pma
pars huius ep'le explicat vnum ma
gnum miraculū quod operatus eſt
heliſeus ipſe poſtq̄z operat⁹ eſt ali
ud de augmēto olei. Et poſtq̄z ha/
bitauit i ciuitate apud quādā muli
erem magnā que vna cuz viro ſuo
parauerat ei cellam lectulum ⁊ mē
ſam ⁊ candelabrum: ⁊ ſedule mini/
ſtrabat ei. obquā cauſā dedit ei de⁹
filiū iuxta pphe vaticiniū. qui eſti
uo tempe cepit grauiter infirma//
ri ⁊ tandem circa meridiē mortuus
eſt. quem mater poſuit ſuper lectu
lū heleſei. qui iam receſſerat: et tūc
erat in monte carmeli. in confinio
paleſtine et ſenicis. vbi elyas baal
pphaz occidit. Et in hc miraculo
fuerunt quedam antecedentia.
Primū mulieris aduentus. quia in
diebus illis vt premittit eccleſia. ve
nit mulier ſunamitis. i. ciuis ſue ci
tatis. mulier dicit text⁹. magna mē
te et corpore diuitijs honoribus et
virtutibus venit ad heliſeū pphaz
⁊ bene ppha. qui tāte virtutis ⁊ ſan
ctitatis extitit. vt cum ppha dicit

hebrei antonomice intelligunt de
heliſeo Nā cū dicerēt ioāni ppha
es tu. Ioh. j. de heliſeo itelligebāt
In mōte carmeli niſi frequēter mo
rabat tum ratiōe patrie. tum quia
helyas magiſter ſuus ibi ſepe mora
tus fuerat. vt. iiij. Re. xviij. legitur
Secundū eliſei occurſus nō per/
ſonaliter ſed per giezi puerum ſuuz
vn̄ textus ſequit. Cūqꝫ vidiſſz eam
vir dei. ſ. eliſeus: q vir dei dicebatur
rōne ſctitatis ſic elias hō dei. dixit
ad giezi. p. ſ. Ecce ſunamitis illa ve
nit. vade ergo in occu. eius ⁊ dic ei
Recte ne agit circa te. et circa filiū
tuum. ⁊ circa virū tuū. Que. rn̄dit.
recte. quia tantū ꝯfidebat in ppha
q mortem filij ſui putabat pſperā.
q̄uis de mendacio non ſit eam ne
ceſſe excuſare. Tertium mulieris
deuotio quia ſequitur. Cumqꝫ veni
ret ad virum dei in montem appre
hendit pedes eius: ſimilis marie
Luce. vij. Et acceſſit giezi vt amo/
ueret eaz. quia nō videbatur hone
ſtum q tangeret pham. quia iſte
erat vt ſimō leproſus. Quartum
eliſei cōpaſſio. quia ſequitur Et ait
homo dei. dimitte illaz. anima ei⁹
in amaritudine eſt et dn̄s celauit
a me. quia nō oia reuelant pphis.
Quintū mulieris querimonia. vn̄
ſequitur. Que dixit illi. Nunquid
petiui filiuz a dn̄o meo quia nō ſpe
remuneratiōis ſeruierat. Nūquid
nō dixi tibi ne illudas me. Et voca
bat illuſionem ſm magiſtruz ſi ha/
beret filiū et ſtatim perderet eum.
Sextū eliſei prouidentia. vnde ſe
quitur. Et ille ait ad giezi. Accin/
ge lumbos tuos. ſ. vt expeditius
vadas: ⁊ tolle baculum meū in ma

nu tua et vade. Si occurrerit tibi homo nō ſalutes eū. ꝛ ſi ſalutaue/rit te q̄s nō rn̄deas ei. quaſi dicat: in moꝛa periculū eſt. vade celeriter vt nemo te impediat ſalutando et reſpondēdo. ſic xp̄s diſcipulis fecit Luce. x. Septimū mulieris ſtabi/litas. vnde ſequitur: poꝛro mater pueri dum. ſ. audiſſet. pone baculū meum ſuper faciem pueri. ait: viuit dn̄s ꝛ viuit aīa tua Iuramentū eſt antiquoꝝ. q̄ſi dicat: ꝑ viuentē dn̄m quē colere debeo. ꝛ per vitaȝ anie tue quam cupio ſimiliter eſſe ꝓſperam: nō dimittam te. quia nō confidebat in puero neqȝ in baculo: ſed ꝓphete pꝛeſentiam requirebat: ſimilis regulo Ioh. iiij. qui dixit. deſcende. ꝛc̄ Octauū eliſei curialitas vnde ſequitur. Surrexit ergo ꝛ ſe/cutus eſt eam: ſicut chꝛiſtus feci Mathe. ix. in ſuſcitatione filie ar/chilei. Et Io. xj. ad tumulū lazari.

¶ Queſtio ſc̄da de gratie miraculorum donatiōis diſtīctōe. i. vtrū mali poſſint facere miracula ſicut boni.

q Ueritur a doctoꝛib⁹. Utrū mali poſſint facere mira/cula. Et dicūt q̄ miracu/loꝛum quedā ſunt fanta/ſtica et nō vera quibus ludificatur homo vt ei appareat qd̄ nō eſt: quedam ſunt vera. ſed nō habent vere ratione miraculi: que fiunt virtute aliquarū cauſarū naturaliū Et hec duo genera miraculoꝛū per demo/nes ꝛ malos fieri poſſunt. Uera miracula quidē nō niſi virtute diuina poſſunt fieri que operatur deus ad hoīum vtilitatē: aut ad veritatis ꝑdicate confirmationem: aut ad alicuius hoīs ſanitatis demonſtrationem quem deus vult dare hoībus in exemplū. Pꝛimo aūt modo miracula poſſunt fieri per quēcunqȝ q verā fidē pꝛedicat: ꝛ nomē xp̄i inuocat: quod interdū per malos fit. vnde ſuper illud matth. vij. Nōne in noīe tuo ꝓphetauimus Iero. dicit Pꝛophetare vl' ꝟtutes facere et demonia eicere interdū nō eſt ei⁹ me/riti qui operat: ſed inuocatio noīs xp̄i hoc agit vt hoīes deū honoꝛēt: ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Sc̄do aūt modo nō fiūt miracula niſi a ſcīs ad quoꝝ ſanctitatem demōſtrandā miracula fiūt: vel in vita eoꝛū: vel etiā poſt moꝛ/tem ſiue per eos ſiue per alios. Le/gitur eni actu. xix. quod deus faci/ebat virtutes per manus pauli: et etiam ſup languidos deferebantur a coꝛpoꝛe eius ſudaria ꝛ recedebāt ab eis languoꝛes. Et ſic etiaȝ nihil pꝛohibet per aliquē peccatoꝛē mi/racula fieri ad inuocationē alicui⁹ ſcī. que tamē miracula ille nō dicit facere: ſed ille ad cuius ſanctitatem demonſtrandā hec fierēt. Hinc eſt vt cōtinet in ſc̄da parte huius ep̄le giezi pꝛeceſſerat ante eos: et poſuerat baculū ſuper faciē pueri et non erat ei vox neqȝ ſenſus. i. nō apparebat in eo vita que motu labioꝛū vl' coꝛpoꝛis depꝛehendit ſenſu. Re//uerſuſqȝ eſt in ocurſum eius et nū/ciauit ei dicens: nō ſurrexit puer. ſ. deus nō dedit mihi hanc gratiam ſed tibi ſeruauit eam.

¶ Queſtio tertia de miraculoꝛum meriti attributiōe. i. vtrū miracula attribuant merito fidei.

Q Ueritur a doctoribus. vtrũ miracula attribuant͛ merito fidei. Et dicunt ꝙ ſic ſecũdũ illud ad corinthios. xvij. Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis: dicetis huic mõti tranſi hinc: et tranſibit. Sed contra quia tũc ſequeret͛: ꝙ homo malus faciat miracula vera dato ꝙ habeat fidẽ. Quia ſcriptũ eſt iac. ij. Fides ſine operibus mortua eſt. Et dicunt doctores ꝙ fides ſine operibꝰ mortua eſt quantũ ad ipſum credẽtem qui per eã nõ viuit vita gratie: tamẽ nihil prohibet ꝙ res viua operet͛ ꝑ inſtrumentũ mortuũ ſicut homo operatur ꝑ baculũ. Et hoc modo operat͛ deus per fidẽ peccatoris inſtrumentaliter. Sed contra quia miracula ſunt quedam diuina teſtimonia. ſm illud pauli ad hebre. ij. Conteſtante deo ſignis et portentis et varijs virtutibus. vñ in eccl'ia aliqui canonizant͛ per teſtimonia miraculorũ: ſed deus nõ poteſt eſſe teſtis falſitatis: ergo mali per fidem nõ poſſunt miracula facere. Et dicunt doctores ꝙ mali per fidẽ non faciunt miracula ad teſtificationez ſanctitatis ſed vel ad confirmationem doctrine vel ad inuocationẽ nominis xp̄i vel virtute ſacramentorũ que exhibent. vnde aug. in li. lxxxiij. queſtionũ dicit. Aliter magi faciunt miracula. aliter boni xp̄iani. aliter mali. Magi per ꝓuatos contractus cũ demõibus. boni xp̄iani per publicã iuſticiã: mali xp̄iani per ſigna publice iuſticie. Et iõ helyſeus et merito fidei ſunamitis et propria ſc̄titate parans ſe ad impetrãdũ ſuſcitationẽ pueri multa fecit. Primo intrauit domum. vñ dicit textus tertie partis huius epiſtleo. Ingreſſus eſt ergo eliſeus domũ ⁊ ecce puer mortuus iacebat in domo. vz eiꝰ eliſei quã ſibi vt dictũ eſt perauerat mater pueri. Sc̄do clauſit hoſtium ſuper ſe ⁊ ſuper puerũ ne ſuple in oratiõe per aliquẽ impediretur. Tertio orauit ad dominum. Quarto aſcendit ſuper lectulum. Quinto incubuit ſuper puerũ. Sexto aptauit ſe ſup ip̄m. quia poſuit os ſuum ſuper os eius et oculos ſuos ſuper oculos eius. et manus ſuas ſup manus eius. et incuruauit ſe ſuper eum. Septimo poſtq̃ȝ calefacta eſt caro pueri: ille reuerſus deambulabat in domo ſemel huc atq; illuc. Octauo aſcẽdit iterum ſuper lectulũ ⁊ incubuit ſup eum. Et oſcitauit puer ſepties i. os ſuum aperuit vt atraheret ſpiritum. i. aerem quod fuit euidens ſignum vite. Nono vocauit giezi ⁊ dixit ei. voca ſunamitem hanc. ⁊ in hoc apparet honeſtas ⁊ caſtitas helyſei quia cuȝ diu fuiſſet apud iſtã mulierem neſciebat nomen eius. que vocata ingreſſa eſt ad eũ. Qui ait: tolle filiũ tuum. venit illa ⁊ corruit ad pedes eius ⁊ adorauit ſuple deum ſuper terram tulitq; filiũ ſuũ et egreſſa ẽ. helyſeus ꝓo reuerſus eſt in galgala. Ecce miraculũ magnum figura mortui adoleſcentis per chriſtuȝ reſuſcitati. vt habetur in euangelio Luce. vij. deſcriptum Deprecemur ergo verum patratorẽ miraculorũ. dñm noſtrum ieſuȝ chriſtũ. vt nos ſuſcitet a morte peccati. qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſc'la ſeculorũ. Amẽ

¶ Feria ſexta.iiij.hebdomade.xl. expoſitionis ep̄le de infidelitate. Sermo.xxvij.

Egrotauit filius mulieris matriſfamilias ꝛ erat lāguoꝛ fortiſſimus. ita vt non remaneret in eo alitus.iij.Re.xvij cap̄.hec verba ſcribuntur. Pro exordio huius ſermonis merito a doctoribus queritur Utrum infidelitas ſit maximū peccatoꝛum. Et dicunt ꝙ omne peccatum foꝛmaliter cōſiſtit in auerſione a deo.vñ tāto aliquod peccatum eſt grauius: quāto per ipſum homo magis a deo ſeparatur. hoc autē fit per infidelitatem ꝑ quā homo de deo veram cognitionem nō habet: ꝛ per falſaʒ ſibi nō appꝛopinquat ſed magis ab eo elōgatur. nec poteſt eſſe ꝙ quātum ad quid deum cognoſcat qui falſam opinioneʒ de ip̄o habet.qꝛ illud qḋ ipſe opinaꝛ nō eſt deus.vñ manifeſtū eſt ꝙ pc̄m̄ infidelitatis maius eſt oībus que cōtigūt in ꝑuerſitate moꝛū. Hinc aug.exponēs illud ioh. Si nō veniſſem et locut⁹ eis nō fuiſſem peccatū nō haberēt. Magnum inquit quoddā peccatū ſub generali noīe vult ītelligi. hoc enī eſt pc̄m̄ īfidelitatis ꝑpter qḋ iudaicus ppl's filius vidue ſinagoge matriſfamilias egrotauit infidelitate et contēptu xp̄i. et ideo erat languoꝛ foꝛtiſſim⁹: qꝛ eſt maximū peccatū. ita ꝙ non remaneret in eo alitus. ꝛ tādiu moꝛtuus extitit donec veniens helyas.i. xp̄s ipſum accepit de ſinu hui⁹ vidue. vꝫ de carnali ſinagoge obſeruantia: et poꝛtauit in ſuū cenaculū euāgelij ſc̄e matris eccl'e que fuerūt ꝟba ꝑpoſita p̄ntis ep̄le declarāde. Cōcoꝛ alex.de ales bonauen.et rich.in.iiij. et durādus noſtri oꝛdinis in ſumma ꝛ ſanctus tho. 2ª 2ᵉ.q.x.arti.iij. ¶ Et in hac preſenti epiſtola tres vtiles querun tur queſtiones. Pꝛima eſt de ſpecierum infidelitatis diſtinctione. in pꝛincipio. Alia eſt de infidelitatis oꝛiginali ꝑceſſione. ibi. dixit ergo. Tertia eſt de infidelitatis dubitatione. ibi. et ait illi.

¶ Queſtio pꝛima de diſtinctione ſpecierum infidelitatis.

Queriꝛ a doctoꝛib⁹. Utrū infidelitatis ſpēs ſint plures. Et dicūt ꝙ ſic per taleʒ ratione. Unicuiqꝫ virtuti opponiꝛ ſpecies vitioꝛū: bonū enī contingit vno modo. malū ꝟo multipliciter: vt patet per dioni.iiij capl'o de diuinis noībus. et ꝑ ph̄m in.ij. ethi. Sed fides eſt virtus vna ergo ei plures opponunꝛ infidelitatis ſpecies. que ſi diſtinguerenꝛ ſ̄m erroꝛē diuerſis que ad fidē pertinēt ferre infinite eſſent. vt patet per augu. in li. de hereſibus. Sed ſi infidelitas conſideraꝛ vt opponiꝛ fidei: ſic ſunt tres ſpēs infidelitatis Una vt opponiꝛ fidei nōdum ſuſcepte: et ſic eſt infidelitas paganoꝛū et gētiliū. Alia vt opponiꝛ fidei in figura ſuſcepte. ꝛ ſic eſt infidelitas iudeoꝛum. Tertia vt opponiꝛ fidei ſuſcepte cum manifeſtatiōe veritatis: et ſic eſt infidelitas hereticoꝛꝫ. Sed dubitaꝛ etiā a doctoꝛibus que iſtarum triū ſpecierū ſit grauioꝛ. Et dicunt ꝙ quāuis in pluribus errent

gētiles q̄ꝫ iudei. et iudei q̄ꝫ heretici tamē ſm oppinionē et cōtrarietatē fidei grauius peccant mali chriſtiani heretici qui fidē euangelij ſuſceperunt ⁊ ipſam quoad pn̄t corrumpunt. q̄ꝫ iudei qui ipſam fidez manifeſte nō acceperūt. ſicut grauius peccant qui nō implēt qđ ꝓmiſerūt q̄ꝫ illi qui nō implēt quod nunq̄ꝫ ꝓmiſerunt. Et grauius peccant iudei q fidem in figura ſuſceperūt q̄ꝫ gentiles qui nullo modo fidē ſuſceperūt Quod autē ita ſit patet per illud ꝙ ſcribit.ij.petri.ij.ca. dicētis. Melius erat illis non cognoſcere viam iuſticie. q̄ꝫ poſt cognitā retrorſum cōuerti. Gētiles eni nō cognouerūt viam iuſticie. Judei vero in figura cognouerūt. Sed mali chriſtiani heretici manifeſte. Et ideo egrotauit filius mulieris matriſfamilias. vꝫ malus xp̄ianus hereticus: qui fuit fiius ſancte matris eccl'ie: que oīum fideliū mater eſt. ⁊ erat languor fortiſſimus: ita vt nō remaneret in eo alitus. q: infidelitas eſt vt diximus maximum peccatorum.

¶ Queſtio ſecunda de originali ꝓceſſione infidelitatis.

q Uerit a doctoribus. Unde infidelitas originaliter procedat. Et dicūt ꝙ a duodecim. Primo ab ignorantia. vꝫ capacitatis intellectus humani limitati et menſurati ⁊ alta myſteria dei non niſi per fidē ſcire valentis. Un̄ ſibi ecci.xj. dicit Quomodo ignoras que ſit materia ſpūs: ⁊ qua ratione cōpingant oſſa in ventre pregnātis. ſic neſcis opera dei qui fabricator eſt oīum. Sicut eni qui crederet tm̄ eſſe qđ videt ſtultus eſt: ſic q credit tm̄ eſſe qđ intelligit. intellectus eius cecus teneri poteſt. Et vt ſcribitur Math. xv. Cecus ſi ceco ducatum preſtet ambo in foueam cadunt. xxxvij. di. §. vt itaqꝫ. de pe. di. vj. §. Qđ autē. extra de Renū poſt trāſla. De etate equali. Cum ſit. Secūdo a ſubtilitate. ſ. credendorū que ab intellectu humano intelligi non poſſunt. niſi vt dictum eſt per virtutē fidei. vnde eſaie. vij. dicitur. Niſi credideritis nō intelligetis. Et. xxiiij. q. j ca. Nō turbatur. ſic habetur Licet mens humana nequeat diuina plena rationis inueſtigatione cōprehendere fidei tm̄ plenitudo cōplectitur. quia. ſ. ipſa ſupplet quod humana rō non cōprehēdat. Tertio ad inſtantiaz et lōginquitatē. quia nos in preſenti non niſi corporalia cognoſcere poſſumus. Et, vt Aug. dicit. Deus lux eſt nō corporū ſed mentiūz. Hinc. xxiiij. q. j. ca. Quia Grego. ait. Niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit. diuinam preſentiaz nō agnoſcit. Et in. iiij. dyalogo. infidelitati remedium prebens dicit. Quiſquis in credulitate inuiſibiliū ſolidus non eſt: debet proculdubio maiorū dictis fidem prebere eiſqꝫ per ſpūm ſanctū inuiſibiliū experimentū habentibus credere. Nam ſtultus eſt puer ſi matrē extimat de luce mentiri. quia ipſe nil aliud q̄ꝫ tenebras carceris nouit. Quarto ex malicia. Sunt eni pleriqꝫ qui ex malicia credere nolunt. de quorū numero erāt ille de quo in pſal. di. Noluit intelligere vt bene ageret xxxvij. di. §. vt itaqꝫ. xj. q. iij. Excellētiſſim⁹. O infelix malicia ⁊ inſen

ſata. A ceco de via creditur catulo et de pfunditate fluuij baculo: et de animarum ſalute nõ creditur xpo. Quinto a negligentia. Nam vt de conſe. di. iiij. dicitur ca. Gratia. Gratia nõ eſt liberi arbitrij ſed donũ dei. vnde ſi fides naturalis eſſet apud omẽs eadem eſſet. ideo ſoler ter a deo petenda eſt. quia Luce. xj ſcriptum eſt. petite et dabitur vobis ſicut ille Matth. ix. fecit qui dixit. Credo dñe adiuua incredulitatem meã. vnde ſicut ſol nõ videtur niſi lumie ſuo. ſic deus nõ cognoſcitur niſi radio lucis grẽ ſue. quã cõfert libenter querentibus eũ in ſimplici tate cordis. iuxta illud ſap. j In ſim plicitate cordis querite illũ: qm̃ in uenitur ab his qui nõ temptant il lum. Et audientibus verbum dei: ſicut ad Roma. x. aplꝰs ait. fides ex auditu auditus aũt per verbum xpi. per Jeremiã quoqꝫ ca. v. dñs ait. Querite ſi inuenietis viruꝫ que rentem fidem. et propinquus ero ei

Sexto a curioſitate. qa vt dama. li. iiij. ca. iiij. dicit. Fides nõ ẽ inqui ſitus vel ſcrutatus conſenſus. vnde Grego. ait. Fides nõ habet meritũ cui hunana ratio prebet experimẽ tum. intelligendo ſm docto. quan do ratio queritur ad credendũ non ad ꝯfirmandũ. vnde hugo de ſãcto victore li. j. parte. iij. ca. xxiiij. dicit Circa credenda quedam ſunt ex ratione vt neceſſaria. quedã ſm ra tionẽ vt probabilia quoruꝫ duo ex trema fidem nõ capiunt Septimo a culpa et nequitia naꝫ de neqꝫ pec catoribus Job. xxiiij. dicit. Ipſi rebelles fuerunt lumini. vꝫ fidei qꝛ vt Salomon prouer. xviij. dic. Nõ recipit ſtultus verba prudentie niſi ea dixeris que verſantur in corde ſuo. Et ideo qui habẽt intellectuꝫ plenum maliciarũ foris. lumen ſi dei nõ recipiunt. Octauo a ſuper bia. naꝫ vt Grego. ait. Tumor men tis obſtaculũ ẽveritatis. Et Bern. ſuper cant. Superbo oculo veritas nõ videtur. Hinc Augu. vij. conf. de ſeipſo ait Tumore meo ſepera bar a te. et nimis inflata facies clau debat oculos meos. Nono a ſtul ticia q̃ pleriqꝫ fugiũt ab eis quibꝰ illuminari poſſunt. vñ Grego. de talibꝰ ait. Tanto a dei luce lõge ſũt quanto apud ſe humiles non ſunt.

Decimo ad arrogantia qꝛ Jere. xlix. infideli dicitur Arrogãtia tua et ſuperbia cordis tui decepit te. vbi glo. Omnis hereticus arrogans. quia ſuperbia facit hereticũ nõ ig norantia. Undecimo a beſtialita te. quia ſũt pleriqꝫ qui de nocte vo lunt videre ſolem. hij ſunt qui in te nebris infidelitatis ambulant: et tñ in ipſis tenebris lumẽ fidei querũt O ſtulti et beſtiales aliquando ſa pite. i. nõ ſp̃ in infidelitate manete

Duodecimo et vltimo ab inordi nata affectiõe que ſeptẽpliciter oc cupat animã. Primo amore. vꝫ di uiciarũ. delitiarum et honorum. vñ puer. xxj. dicitur. Lucerna impioꝝ peccatũ eſt. Item odio. hinc Jere. iij. dicitur Juſtificauit aiam ſuaꝫ aduerſatrix iſrael in comparatiõe puaricatiõis iuda. Tertio deſide rio nã in pſal dicit. Deſideriũ eorũ attulit eis. Quarto ſpe. vñ in pſal. dicitur. Ecce homo qui nõ poſuit deum adiutorem ſuũ. ſed ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarum.

Quinto timore ſicut iudei q timebant fieri extra ſynagogam. Jo.ix quibus annumerant mulieres que nolũt abicere põpas ⁊ vanitates timentes deſpici a maritis. de quib⁹ dicit. Ambro. Dũ metuũt maritale iudiciũ pdidere ſuũ. Sexto gaudio vñ Job.xxij. Tenẽt tympanũ ⁊ lyrã gaudent ad ſonitũ organi ducũt in bonis dies ſuos ⁊ in pũcto ad inferna deſcendũt. Septimo dolore. ſ. infirmitatũ ⁊ fracturarũ. ⁊ ꝑpterea prouer.xxiiij. dicit. Oculũ qui ſubſannat patrẽ vz deũ: ⁊ deſpicit partum matris ſue. i. determinationez eccl'ie. effodiant corui de torrentibus. vz demones infernales. O felix aĩa que iſtis affectionibus emũdatur. erit tũc qd dauid in pſal. dic Argentũ igne examinantũ ꝓbatũ terre purgatũ ſeptuplũ. Hic ſctũs helyas fidelis dũ ſibi mulier sareptana diceret. Quid mihi ⁊ tibi vir dei. i. qd habes ꝯtra me: ingreſſus es ad me vt rememorarent iniqtates mee. i. vt in cõparatione ad tuã equitatẽ: ſm magiſtrũ: maior appareat mea iniqtas in morte filij mei. Ipſe nihil habens infidelitatis ait ad eã. Da mihi filiũ tuum. Tulitq; eũ de ſinu illius ⁊ portauit in cenaculũ vbi ipſe manebat. ⁊ oratio ſua fide plena ſuſcitauit eũ ſicut ĩ textu clarũ eſt. Hinc Aug. de verbis dñi dicit. nulle maiores diuicie. nulli theſauri. nulli honores. nulla hui⁹ mũdi maior ẽ ſubſtãtia q̃z fides catholica que pctõres ſaluat cecos illuminat. infirmos curat. cathecuminos baptizat fideles iuſtificat penitẽtes reparat. iuſtos augmentat ⁊ martyres coronat. ſz de his ſatis

¶ Queſtio tertia vtrũ infidelis ſit ad fidẽ cogendus ⁊ vi baptiſandus

Querit a doctoribus: Utrũ infidelis ſit cogẽdus ad fidẽ. Et dicunt quod infideliũ quidã ſunt qui nunq̃z fidẽ ſuſceperũt: vt gentiles et iudei: et tales nõ ſunt aliquo mõ ad fidem cogendi. Et eſt ratio quia credere eſt voluntatis: ſed volũtas nõ poteſt cogi. Hic aug. dicit. Cetera poteſt homo nolẽs: credere nõ niſi volens. Et iõ dr in decretis. xlv. di. Qui ſincera intentione extraneos a chriſtiana religione ad fidẽ cupiunt adducere: blandimentis debẽt nõ aſperitatibus ſuadere: nam quicunq; aliter agunt ſuas illic magis q̃z dei probant cauſas attendere. Sunt tamẽ compellẽdi ſi facultas adſit vt fidẽ non impediãt aut blaſphemijs vel malis perſuaſionibus vel apertis perſecutionibus. Hinc eſt quod fideles xp̃i freqũeter cõtra infideles bellũ mouent non vt eos ad fidẽ cogant: ſed ꝑpter hoc ne fidem xp̃i impediãt. Alij ſunt infideles qui quandoq; fidẽ habuerũt ſicut heretici: et tales etiã corporaliter ſunt compellendi vt impleãt qd promiſerũt. Juxta illud luce. xiiij. Exi in vias et ſepes ⁊ cõpelle intrare: vt impleat domus mea. Et in decretis. xlv. di. de iudeis dr. Oportet vt fidẽ quã vi vel neceſſitate ſuſceperunt tenere cogant. Sed dubitat an qui vi recipiunt baptiſmuz ſint baptiſati? Et dicunt doctores q ſi abſolute fuerint coacti nõ ſunt baptiſati: puta ſi per violentiam in aqua ſubmerſi: aliter ſi cum conditione: quia ibi eſt aliquid volunta

tis. Concordat alex. de ales. bona uen. et rich. in. iiij. Hostien. et rai. et hoc vbi s. et habet extra de baptiſmo. maiores. Sed tūc dubitat vtrū pueri iudeorū et aliorū infidelium inuitis parentibus ſint baptiſandi. Et dicunt doctores q̄ nō q̄r vſus ecclie hoc nunq̄ȝ habuit. deinde ꝓpter periculū fidei: quia baptiſati pueri cum ad etatē peruenerint ex ꝑſuaſione parentū de facili fidē dimitterent. Ultimo quia eſſet contra ius naturale. filius enim vſq̄ȝ ad vſum rationis aliquid eſt pr̄is ⁊ ſub cura eius manet: et ideo non debet diſponi de eo aliquid contra voluntatē parentū. Cōcordat rich. in. iiij di. vj. vbi loquit̄ de his omnibus dicēs. q̄ licet nutricibus oculte baptiſare paruulos iudeorū maxime in articulo mortis: ſi hoc facerent credit̄ q̄ nō peccarēt. Sed quid de ritibus infideliū. Ei dicunt doctores q̄ cum regnū humanū deriuet̄ a deo ⁊ ipſe ꝑmittit aliqua mala ne maiora ſequant̄. Unde augu. dicit Auſer meretrices de rebus humanis et turbaueris omia libidinibus Ideo tollerādi ſunt ritus eorū: maxime iudeorū qui ſunt ad vtilitateȝ fidei. Alij aūt ritus ſubſtituēdi non ſunt: niſi ꝓpter ſcandalū vel aliud malū vitandū. vñ helyas in figura xp̄i approbans hec oia: dedit puerum matri dicens. En filius tuus viuit. Et mulier ad helyā: Nunc in hoc cognoui quia vir dei es tu: et verbum dñi in ore tuo veruȝ eſt. Et xp̄s per apl̄os ſolutū lazarū vt dicit euāgeliū hodiernū Joh. xj. deſcriptum: et in ſuo ritu liberum abire permiſit: quia ſeruitia coacta non placent deo: qui nobis concedat vt libere in fide chriſti viuamus: et ad eterna gaudia perueniamus per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Sabbato iiij. hebdomade. xl. xv poſitiones epiſtole de peccatorum contritione. Sermo. xxviij.

# Hec dicit do

minus deus. In tempore placito exaudiui te. eſa. xlix. ca. hec verba ſcribūt̄. Pro exordio hui᷒ ſmonis a doctorib᷒ querit̄. vtrū ꝯtritio ſit neceſſaria ad ſalutē? Et dicūt q̄ ſic triplici ratiōe. Primo rōe peti deſtructionis ⁊ diſſolutionis. Naȝ vt habetur de regulis iuris ca. j. et ſunt verba criſo. Unūquodq̄ȝ per quas cauſas componit̄ per eaſdeȝ diſſoluit̄. Sed pctm̄ naſcit̄ et cōponitur per actū volūtatis: puta per velle. Unde augu. li. j. retra. dicit Peccatū ideo peccatū quia voluntarie fit. ergo debet diſſolui p actuȝ contrariū voluntatis puta per nolle. Hinc dauid in pſal. l. Peccatum meū cōtra me eſt ſemper. de pe. di. iij. Tota. Scd̄o ratiōe poſſibilitatis actionis. Nam deus nō requirit ab hoie niſi quod eſt in eius poteſtate Sed ſm augu. nihil eſt in poteſtate hois q̄ȝ ipſa voluntas: et nihil eſt magis in poteſtate voluntatis q̄ȝ actus eius. Hic eccl. xv. ſcribit̄. Ante hoiem vita et mors: bonū et malum: quod placuerit ei dabitur illi. Tertio ratione finis aſſecutionis. Nam illud eſt ſimpliciter neceſſarium. ſine quo finis vltimus haberi nō poteſt: ſicut medicina vel apoſte

matis inciſio neceſſaria eſt: q: ſine ipſa ſanitas nõ habẽtur. Cum igit beatitudo que eſt finis vltimus nr̃ ſine ↄtritione poſt pctm̃ haberi nõ poſſit: ſequit ꝙ ipſa contritio ſit neceſſaria ad ſalutem. Et iſta eſt ratio francisci in.iiij.et in tractatu de cõtritione. dat plurima exempla. Nã qd eſt vtili⁹ baptiſmo de quo ioh̃. iij.ſcribit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpũ ſctõ non intrabit in regnum celorũ: et tamẽ adultis nõ prodeſt ſine ↄtritione. qm̃ qui ficte baptiſat: ſacramentũ ſucipit ꝛ non rez ſacramẽti. Quid ꝑterea neceſſarius eucharistia. de qua ioh̃.vj.ſcribitur. Niſi manducaueritis carnez filij hois: et biberitis eius ſanguinem ã nõ habebitis vit in vobis: et tamẽ ſi quis ſine contritõe cõmuni caret: proculdubio iudiciũ ſibi mãducaret et biberet. Juxta illud aplĩ ad corinthi.xj. Qui mãducat et bibit indigne iudiciũ ſibi manducat et bibit. Quid vtilius paſſione domini. vnde ioh̃.xj.ſcribit. Expedit vt vn⁹ hõ moriat ꝓ pplo. Et luce vltimo. Oportebat pati xp̃m. et tñ ſine contritione iude non profuit ꝛ cum cõtritione latroni paradiſum donauit. vnde iero. O lachrima cõtritionis humilis tua eſt potentia: tuũ eſt regnũ: tribunal iudicis non vereris: amicorũ tuorũ accuſatori bus ſilentiũ imponis: nõ eſt qui te accedere vetet: ſi ſola intras: vacua nõ credibis crucias magis diabolũ q̃z pena infernalis. quid plura: vicis inuicibilem: ligas omnipotentem. inclinas filium virginis. hinc dñs pe. eſa. peccatori contrito dic̃ in tpe placito cõtritõis exaudiui te

Que ſunt verba ꝓpoſita p̃ntis epl̃e declarande. ¶ Jn qua tres vtiles q̃runt de ↄtritione queſtiones. Pri eſt de ſui diffinitione. in principio. Scd̃a eſt de ſui conditiõe. ibi. laudate celi. Tertia eſt de ſui fructificatione. ibi. Et dixit ſyon.

¶ Queſtio prima de diffinitiõe cõtritõis. ſ. quid ſit cõtritio: ꝛ vñ dicat

q Uerit a doctoribus quid ſit contritio ꝛ vnde dicat vel noiet. Et dicunt ſeptẽ per ordinẽ ad queſtionez reſpondendo. Primo dicũt ꝙ cõtritio eſt dolor volũtarie aſſumptus ꝑ peccatis cũ propoſito cõfitendi ꝛ ſatiſſaciendi. Et hic dolor ideo cõtritio dicitur: q: ſic in naturalibus aliquid dicitur conteri: qñ in minimas partes redigit. Jta cor peccatoris dicit conteri: qñ affectus peccati ſcd̃m omnẽ ſui partẽ in eo omi modo confringit. Secundo dicũt ꝙ cor peccatoris veneno pcti velut vas fictile plenũ eſt: ꝓpter ꝙ pctõri bus dñs per ioelẽ. ij.ca. dicit Scindite corda veſtra. Tertio dicũt ꝙ duabus molis cor pctõris frangi et conteri debet. vz mola ſpei. iuxta il lud eſa.l. Qui ãbulauit in tenebris vz peccatorũ ꝛ non eſt lumen ei ſpei in nomine dñi. Et mola timoris dicens cum aplo ad hebr.x. Quã horrendum eſt incidere in man⁹ dei viuentis Una eſt ex ↄſideratiõe diuine miſericordie: altera eſt ex cõſideratione diuine iuſticie: ꝛ vna ſine altera nõ valet. Hinc deutro.xxiiij. dicitur Non accipies loco pignoris inferiorem aut ſuperiorẽ molã. Nã ſuperiori. vz ſpei: multi ad baratruz diaboli deuoluti ſunt. Et mola in

ſerſor timoris chaym ⁊ iudas dam
pnati ſunt. Quarto dicūt ad quid
conterit cor peccatoris quia aia ad
imaginē dei facta: ⁊ ex pctis deni
grata ⁊ indurata reformat ⁊ emolli
tur. q: eccl. iiij. ſcriptū eſt. Cor durū
male habebit in nouiſſimo. Quin
to dicunt ꝙ ſicut attritio prouenit
ex timore: quia Initiū ſapientie ti
mor dñi: ita ꝯtritio ꝓuenit ex amo
re. Sexto dicunt ꝙ attritio eſt do
lor qui habet de magnis peccatis
Contritio eſt dolor oium pctõꝝ: vñ
attritus velut mōs lapidū murmu
rando ꝯtra redarguentem cū ab ali
quibus pcis que ſibi parua aut nul
la vident ſtrepitū facit. Contritus
ꝟo velut mons pulverum ſine mur
mure in terra humiliter procūbens
patri ſpūali obtemperanter obedit
Hinc dauid in pſal. Sacrificiū deo
ſpiritus ꝯtribulatus. l. di. ponderet
de pe. di. j. Lachryme. ⁊ di. ij. §. op
ponitur. Septimo dicūt ꝙ attritio
eſt dolor de peccatis qui elicit a vo
luntate. Contritio ꝟo nō habetur
niſi per grām. Sed diceret aliquis
et quomodo ergo imputat mihi ſi
cōtritionē nō habuero. Cui reſpon
detur: fac qđ in te eſt per attritionē
quia ſecure habebis cōtritionē. Cū
dñs apoca. iij. dicat Ego ſto ad ho
ſtium ⁊ pulſo: ſi quis audierit vocē
meā: ⁊ aperuerit ianuā introibo ad
illum ⁊ cenabo cū illo: ⁊ ille mecū ſi
cut. iiij. Regū. iiij. ca. figuratum eſt
quot filij vidue offerebāt vaſa ⁊ illa
infundebat oleū. Offer ergo cor at
tritum deo peccator: quia illud ſtati
dñs faciet contritū: cū attritio ⁊ cō
tritio idē eſſentialiter ſint: differant
tñ ſicut oculus dormientis ⁊ vigilā
tis: quia primus ad tps eſt viſione
priuatus: alter eſt viſioni ꝯiunctus
Ita ⁊ attritio eſt ſine grã. Cōtritio
eſt gratie ſociata. patet ergo quid
ſit cōtritio ⁊ vnde dicatur. amodo
cetera dicemus.

¶ Queſtio ſecunda de conditione contritionis.

Querit a doctoribus quā
tus dolor haberi debeat
pro pctō. Et dicunt ſeptē
per ordinē ad hoc reſpon
dendo. Primo quod eſt vnus gra
dus ꝯtritōis qui dr ſupabundās: ⁊
eſt dolor vehemens ex rōe ⁊ ſenſua
litate ꝓcedens: qui tm̄ augmentat
vt omnis pena pcti remittatur: ſic
accidit magdalene Luce. vij. Cui
bis a dño dictū eſt. Remittuntur ti
bi peccata tua q: primo dimiſſa eſt
culpa. ſcđo dimiſſa eſt pena. Hinc
Jerony. ait Lachryma cōtritionis
extinguit ignem eternalē: quē tota
aqua nō extingueret occeani. Se
cūdo dicūt quod eſt aliꝰ gradus cō
tritionis qui dicit abundans: et eſt
dolor ex ratione ꝓcedens ⁊ ſenſua
litatē attingens: ꝙ ex ratione proce
dit neceſſitatis eſt vt dicetur: ſed ꝙ
ſenſualitatē attingat perfectionis:
quia vt aplus ad Gala. v. dicit. Ca
ro concupiſcit aduerſus ſpm̄. Hinc
math. xxvj. dñs dicit. Spiritus qdē
promptus eſt caro aūt infirma. Di
cit tamen btūs Bonauē. in. iiij. di.
xvj. ꝙ nō vere ꝯtritus apparet qui
dampna rerū tpalium deflet: ⁊ pec
cata flere non poteſt. vnde Grego.
ait. Durus eſt cuius mētis dolorē
oculi carnis nequeūt declarare: ſꝫ
ſciat ſe culpabiliter durū qui deflet
dampna tpis vel mortē amici: ⁊ do

lorem pcti non oſtendit lachrymis
Et dicitur culpabiliter durus vel ſe
quela pcti ade:vel diſcuſſiōis negli
gentia pctōrū. Uerū hec verba gre
gorij illis dicunt qui pro tpali dam
pno potius q̃ʒ pro ſpūali atqʒ cici/
us plorant. non aūt illis qui ex hu/
miditate cerebri flere nō poſſūt.qd
facile intelliget qui verba illa lege/
rit.de peni.di .iij.§. Sed quid lege
re conuenit. Tertio dicūt quod eſt
alius gradus contritionis qui dicit
ſufficiens que eſt vera diſplicentia
ratōis de peccato:⁊ hic dolor eſt ne
ceſſarius ad ſalutē:qm̄ ſufficit ad ex
piationē pcti. Hinc dauid in pſal.
l. Cor contritum ⁊ humiliatū deus
non deſpiciet.de pen.di.j.ca.ij.⁊.c.
in actiōe. Et pſal.xxxij. dicit. Dixi
confitebor aduerſum me iniuſtitias
meas:⁊ tu remiſiſti impietatē pecca
ti mei.xvij.q.j.§. Si ergo de peni.
di.j. Dixi. §.et his auctoritatibus
⁊ ca. vl. Et di.iij. illud ꝟo. Quar/
to dicunt ꝙ talis diſplicētia ratiōis
eſt omni peccatori ꝯgrua. Et ratio
eſt quia in voluntate hois: ſūt duo
actus contrarij.ſ.velle ⁊ nolle,quo/
rum primus eſt ad bonū proſequē/
dum:alter ꝟo ad malum fugiendū:
ſicut in intellectu eſt actus affirmā/
di ꝓpter verū:⁊ actus negandi pro
pter falſum. Primo actu peccatū
ducitur ad memoriā:quia nemo po
teſt ꝯteri de peccato cuius nō recor
datur. Hinc epo epheſino apoca.
ij.dicit. Memor eſto itaqʒ vnde ex
cideris ⁊ age penitentiā. Secūdo
actu peccatū deteſtat tanquā diui/
ne grē ꝓuatiuū:infinite pene indu/
ctiuū. Eterne glie amiſſiuū. Et di/
uine maieſtatis offenſiuum. Hinc
Jere.iij.peccatori dicit Recordare
pauptatis. ecce primū. trangreſſio
nis.ecce ſcd̄m abſinthij. ecce tertiū
⁊ fellis. Ecce quartū. vnde propha
dicit Memoria memor ero et tabe
ſcet in me anima mea. Et ſicut ad
primū actū ſequitur gaudiū. vnde
deus per ꝓpham Exultent ⁊ leten
tur qui volunt iuſticiā meā. Ita ad
ſcd̄m ſequit triſticia. Hinc macha.
iiij.ſcribitur.elyſias cōſternatus eſt
anio ⁊ deficiebat q: non qualia vo
luit talia contigerit. Et ſcd̄um intē/
ſionem horū actuū ſequitur maius
gaudium vel maior triſticia. Hinc
Augu.ait Quia felicitas eſt ſumme
volita: in ea eſt ſumma delectatio.
Et q: mia eſt ſumme nolita: in ea
ſumma eſt triſticia. Cū igit hō no/
lit pctm̄ propter prauitatē eius ad
ſuū actū nolēdi ſequit triſticia ſm
illud Joc.x. Tedet animā meā vite
mee Et quāuis hec triſticia attritio
ſit.tn̄ vt ſupradictū eſt:ſtati per diui
nam grām efficit ꝯtritio ſicut appa
ruit in filio prodigo. Luce.xv. qui
attritus dixit.peccaui:⁊ audiuit:ci/
to ꝓferte ſtolā primā.vʒ primā gra
tiam. Quinto dicūt ꝙ talis diſpli/
centia rationis contra pctm̄ eſt me/
dicina optima et cōuenientiſſima.
Cuius ratio eſt q: maxima egritu/
do:maxima indiget medicina. vñ
Jerony.ad matrē et filiaʒ in gallijs
cōmorantes. Quod ſatis dolet ma
iori dolore expellit:ſed pctm̄ eſt ma
xima egritudo:quia teſte iacobo.j.
ca.peccatū cuʒ ꝯſummatū fuerit ge
nerat mortē.ergo indiget exceſſiua
pena.iuxta illud deutero. xxv. Pro
menſura peccati erit plagarū mod⁹
Sed triſticia eſt talis exceſſiua pena

quia multi ſelegerũt mortez: que eſt vltimũ terribiliũ vt careret triſticia vt legit de ſampſõe et ſaule Scribit eni prouer.xvij. Animus gaudens etatem floridã facit: ſpũs triſtis deſiccat oſſa. Et aug. de ciui. dei dicit Spiritus qui ſũt in purgatorio ⁊ in inferno nulla penitus pena afflicti ſunt acriori triſticia: et hoc fit vt peccati delectationi correſpõdeat pena. Sexto dicunt ꝙ hec medicina non ſolum de facili inuenit ſed eſt facilis cure: nam ſicut medicina que de facili non inuenitur ad querendum: damnũ ⁊ faſtidiũ generat vt putauit in muliere fluxu ſanguinis fatigata. luce. viij. Ita ⁊ medicina que eſt diuturne cure: nõ modo infirmũ ſʒ ⁊ ſibi ſeruiẽtes atqꝫ medicũ grauat. vñ eccl'. x. ſcriptũ eſt Languor plixior grauat medicũ. Contritio ꝟo ⁊ faciliter inuenit quia ꝫm Augu. de libero arbitrio. Nihil eſt magis in poteſtate hominis ꝗ̃ʒ ipſa voluntas vt ſupradictũ eſt. Et nihil eſt magis in poteſtate voluntatis ꝗ̃ʒ actus eius: ⁊ celeriter curat. quia dauid dicit in pſal. Dixi cõfitebor aduerſum me ⁊ tu remiſiſti impietatez peccati mei. Septimo ⁊ vltimo dicũt ꝙ hec medicina integerrime ſanat quia in pſal. ſcriptum eſt. Qui ſanat cõtritos. Hec omnia denotãtur in hac preſenti epiſtola hodierna: que poſtꝗ̃ʒ in prima ꝑte cõtrito dixit. In tꝑe placito. vʒ cõtritionis exaudiui te: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſum tui ꝑ grãm: et ſeruaui te ne perires in mortali: et dedi te in fedꝰ ppli: vt conſideret in cõtritione. vt ſuſcitares terrã per exemplũ. ⁊ poſſideres hereditates. vʒ patrũ diſſipatas ꝑ angelos malos: vt dices his qui vincti ſunt pcõ: exite. ſ. ab eo per contritionem. ⁊ his qui in tenebris ſunt reuertimini. vʒ a pcõ: Et poſtquã figuratiue dixit bona grĩe que habentur per ꝯtritionẽ. In hac ſecunda parte inuitat ad grãs agendas dicens: laudate celi. et reliqua que de ſe plana ſunt.

¶ Queſtio tertia de contritionis fructificatione.

Queritur a doctoribꝰ. Quot ſunt fructus contritionis Et dicũt breuiter ꝙ ſunt ſeptem. Primus dicitur peccatorũ remiſſio. vnde glo. ſuper illud pſal. Sacrificiũ deo ſpũs contribulatus: dicit. Cordis ꝯtritio eſt ſacrificiũ in quo peccata ſoluuntur Alius fructus dicitur ſceleris miſeratio. vnde. ij. Reg. xij. ſcribitur. qđ cũ dauid per cõtritionẽ dixiſſet peccaui. ſtati nathan ꝓpħa dixit: pcm̃ tuũ tranſlatũ eſt a te. Tertius fructus dicit ſalutis initiatio. vñ Gre. Cõtritio apoſtema pungit: confeſſio aperit ſatiſfactio cataplaſma appouit. Quartus dicitur grẽ infuſio: vt claruit in ezechia rege. eſa. xxxviij. Quintus dicit mundi deſpectio. Hinc Criſo. in li. de cõpunctione cordis ait Sola cõpunctio eſt que facit aiam horreſcere purpurã. deſiderare ciliciũ: amare lachrymas: fugere riſũ. Sextus dicit ad glĩam diſpoſitio. vñ Caſſio. ſuper pſal. vj. Cõtritio lugẽtes ꝯſolat penitẽtes emũdat diabolũ fugat xp̃o ꝯciliat. Septimus dicit grĩe impetratio ſicut notũ eſt Luce. xxij. in latrone contrito: cui dixit dñs: hodie

mecū eris in paradiſo. Hinc in tertia parte huius ep'le: querenti contrito ⁊ dicenti: dereliquit me dñs: ⁊ dñs oblitus eſt mei. rñdit Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuū: vt non miſereat filio vteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit: ego tñ non obliuiſcar tui: dicit ſcd̄m eccleſiā dñs oīps qui ſcd̄m euāgeliū hodiernū Joh. viij. deſcriptū eſt lux mūdi: q nobis grām contritiōis donare dignetur Qui viuit ⁊ regnat in ſcl'a ſ. Amen.

Feria. ij. de paſſiōe expoſitionis ep'le de ſacra ꝯfeſſiōe. Sermo. xxix.

Factū eſt verbum dñi ad ionam prophetam ꝑo dicēs. Surge ⁊ vade in niniuē ciuitatē magnā et ꝑdica in ea. Jone. iij. hec verba ſcribuntur. Pro exordio huius ſermonis a doctoribus queritur. Utrum predicatori qui ſe dicit miſſum a deo ſit ſibi credendū Et dicunt ꝙ nō: niſi ꝓbet illud ſicut moyſes probauit miraculo. De cōſecra. di. ij. Reuera. Et. iiij. ca. exo. dicitur. Fecit moyſes ſigna coram ppl'o: ⁊ credidit pp'lus: ſed tñ ſufficit ad probationē litterarū teſtimoniū vnde neqꝫ clericus admittit niſi mittat. extra de hereticis. cū ex merito §. j. Hinc deus predicationē Jone oſtendit miraculo vt patet in. j. ⁊. ij. libri eius. Et ſcd̄o factum eſt verbū dñi ad eū vt dicunt verba propoſita preſentis ep'le declarāde In qua de ſacra ꝯfeſſiōe que ē vna ps ꝑncipalis ſacramenti pn̄ie quā niniuitis Jonas predicauit tres vtiles queſtione querunt. quaꝝ Prima eſt de ſacre ꝯfeſſiōis preceptōe. in principio Alia eſt de ſacre ꝯfeſſionis cōditione. ibi. Adhuc quadragina dies. Tertia eſt de ſacre cōfeſſionis fructificatione. ibi. Et crediderūt viri niniuite. ⁊ reliqua

Queſtio prima de ſacre confeſſionis preceptione.

Queritur a doctoribus. vtrū confeſſio cadat ſub precepto. vꝫ quod homines teneantur de neceſſitate ſalutis pcā ſua ſacerdoti confiteri. Et dicunt ꝙ eſt de neceſſitate. xij. preceptis. Primū preceptuꝫ datū eſt in lege nature. vnde glo. ſup illud Gene. iij. Adaꝫ adā vbi es. ſic dicit: verba ſunt increpantis et ad ꝯfeſſionē monentis vel cogētis. Hoc preceptum ſic declarat ratione. Nā act⁹ ꝟtutū moraliū ſunt de iure nature ſed ꝯfeſſio non ſolum eſt pars ſacramenti penitētie: ſꝫ etiā actus ꝟtutis moralis. Cōcordat Richar. in. iiij. di. xvij. q. ij. ar. ij. Secundū preceptum eſt in lege ſcripture. Nam cū in confeſſione oporteat tanquā in ordinato iudicio aliū eſſe reū: et aliū iudicē. et reus ſit penitens: qui velut in iudicio ſpōtaneo ſpōte pcā ꝯfitetur. iudex ꝑncipalis eſſe nō poteſt: niſi qui poteſt pctā dimittere: abſoluere ⁊ ligare. hic ſolus de⁹ eſt et ideo ſibi ſoli ꝯfeſſionis iudicium cōpetit: ⁊ quia tp̄e legis nature hoībus recens eius erat memoria: ideo mentalis ꝯfeſſio ſufficiebat: de qua in pſal. xxxj. propħa dicit Dixi confitebor abuerſum me ⁊ reliqua. xvij q. j. §. Si ergo. de peni. di. j. Dixi et di. iij. Illud ꝟo. Tp̄e ꝟo legis ſcripte deus per ſacrificia innotuerat hominibus: ⁊ iā pontificē conſtitu

erat in terra. Et ideo preceptū fuit
hoies confiteri vocaliter: indiſtin/
cte tñ ⁊ generaliter per determinati
onē ſacrificiorū. vnde in.iiij.ca. Le/
uitici ſcd̄m quantitatē culpe deter
minatur quantitas pene. Tertium
preceptū eſt in lege grē in qua xp̄s
carnem aſſumpſerat: vbi figurati/
ue precepit ipſe peccatorem debere
oſtendi ſacerdoti tanquam vicario
ſuo. Hinc math.viij. leproſo ipſum
peccatorē ſignificanti dixit: vade ⁊
oñde te ſacerdotibus. de pen.di.iij.
§.hoc idē.⁊ ca. quē penitet.⁊ di.vj.
Qui vult. Quartū preceptū ponit
math.xvj. quando dn̄s dixit petro
Quodcunq; ligaueris ſup terrā erit
ligatū ⁊ in celis. xx.di. In p̄ncipio.
xxij.di. Sacroſancta. xxiiij.q.j.
Quodcunq;. Et ca. legantur. et.q.
iij. Si habes. Et de pen.di.iij. peni
tentes. Extra de ma.⁊ obe. Solite
Extra. qui filij. ſunt le. per venerabi
lem. Quintū preceptū ponit Joh.
xx. quando xp̄s dixit diſcipulis. Ac
cipite ſpiritum ſcm̄ quorū remiſeri/
tis pctā remittuntur eis. j.q.iij. Re
miſſionē. xj.q.iij. Nihil. xxiij.q.j.§
Si autē.⁊ ca. loquitur. de pe.di.iij.
Deus diffinitionē. et di.iij. Adhuc
inſtant. de conſecra.di.iiij. Quomō
Sextum preceptū ponitur Johā.
xxj. quando xp̄s dixit petro: paſce
oues meas. viij.q.j. In ſcripturis.
xxv.q.iij. Diuinis. de elec. ſignifica
ſti. de ma.⁊ obe. Solite. Septimū
preceptū ponitur Jaco.v. dicentis
Confitemini alterutrū peccata via
xxv.di.§. Criminis. de penitē.di.j.
Econtra. Octauū preceptū ponit
prouer. xxviij. vbi ſalomō ait. Qui
abſcondit ſcelera ſua nō dirigetur.
Nonū preceptū ponitur de peni.
⁊ remiſſi.cap. Omnis. vbi dicitur.
Omnis vtriuſq; ſexus fidelis poſt/
quā ad annos diſcretionis puene/
rit: omnia ſua ſolus pctā ſaltē ſemel
in anno fideliter confiteat proprio
ſacerdoti: et iniunctā ſibi penitētiā
pro viribus ſtudeat adimplere. Et
intelliguntur hic anni diſcretionis
quinq; āni. vt habet in gloſa extra
de delictis puerorū. Decimū pre/
ceptum habetur ab ambroſio in li/
bro de paradiſo dicente. Nemo iu/
ſtificari poteſt a pctō quod nondū
confeſſus fuerit. Undecimū prece
ptum. de peni.di.j.ca. Si cui.§.ex
his. vbi dicitur. Nullus añ confeſſi
onē oris et ſatiſfactionem opis pcti
abolet culpā. Duodecimū ⁊ vltimū
preceptū eſt doctorū. Naʒ Inno. ſu
per ca. Omnis. Et archi. ſup cap̄.
Ille rex. de peni.di.iij. vident dice/
re ꝙ qui peccat mortaliter ſtatim te
netur ad confeſſionē ſaltē ad propo
ſitum eius ⁊ ſi nō ad actū. Quāuis
Bonauen. dicat ꝙ non eſt bn̄ con/
tritus qui habet tp̄us ad ſacerdotē
poteſt diſponere ad confeſſioneʒ ⁊
nō confitetur: poteſt tñ ſcd̄m eū lay
cus peccator differre vſq; ad annū
cauſa oportuni tp̄is. et inueniendi
meliorē ſacerdotē non tamē religio
ſuʒ ⁊ forte etiā ſclaris cleric⁹. Oēs
tamen doctores dicūt ꝙ ad termi/
num vnius anni quilibet tenet con
fiteri ſemel ad minus: nec papa di/
ſpēſare poteſt niſi de tpe: nec aliter
pcōr poteſt eſſe contritus cū contri
tio dicat propoſitū confitendi: nec
ſibi ſuffragia ecclīe aliter proſunt:
vt dicit Grego. de pe.di.j. Qui vult
Hoc idē affirmat Aug. et etiā dicūt

doctores ꝙ xpianus tenetur plu/
quā ſemel in anno confiteri. Pri/
mo ratione ſacramēti. Scdo ratio
ne periculi. Tertio ratione dubij.
Quarto ratione ſtimuli. Quinto
ratione voti. et ſi alie rationes ſunt
ad iſtas reducunt. Ex his omnib⁹
plene colligitur arduū ⁊ neceſſariū
preceptum confeſſionis. Et hoc eſt
quod precepit dñs Jone prophe: vt
predicaret niniuitis dicente prima
parte huius ep'le. In diebus illis vz
amaſie regis iuda. nam eo tpe pro/
phauit ionas: ſicut dicit. iiij. Regū
xiiij. Factum eſt verbū dñi ad ionā
propham. vz per internā inſpiratio
nem. ſcdo quia primo fugerat a fa/
cie dñi: ſed quare fugit primo ait Je
rony. in plogo qui incipit. ſctm Jo
nas fugit primo: q: ſciebat miſeri/
cordiā dei ⁊ ꝙ ſtati parceret: ſi con/
uerterent et ipſe mēdax remaneret
Item quia videbat in ſpū ꝙ côuer/
ſio gentiū qui figurabatur in ꝯuer/
ſiōe niniuitarū erat futura abiectio
ppli ſui. ſ. iudeoꝝ. fugit ergo ⁊ intro
iuit mare et paſſus eſt naufragiū et
deglutiuit eum piſcis ⁊ poſt eū euo
mit. ſicut habetur. j. ⁊. ij. ca. ſui libri
Et tunc factū eſt verbū dñi. ij. ad eū
dicens. Surge q: quaſſatus fluctī
bus maris iacebat in littore ⁊ vade
in niniuen ciuitatē: magnā quā ni
nus eius edificator ſuo nomine ap
pellauit. Et predica in ea predica/
tionē quā ego loquor ad te: nō quā
tu finges: quia predicatores verba
dei predicare debent. Hinc xps Jo
han. vij. dixit. Uerba q̄ ego loquor
vobis ſpūs et vita ſunt: ſed de hoc
alias. Et ſurrexit ionas ⁊ abijt in ni
niuee iuxta verbuz dñi. Et niniue
erat ciuitas magna itinere triū die/
rum. i. tanti ambitus ꝙ vix itinere
triū dierū poterat terminari. Et ce
pit ionas introire in ciuitatē iter di
ei vni⁹. Aut q: adiutorio diuino vna
die iter totū feſtinatiōe compleuit
Aut q: predicauit in tertia parte vr
bis: ⁊ ſermo ꝯfeſtiz ad alios puenit
Aut quia geometre dicunt ꝙ linea
ducta a centro ad circūferētiaz que
eſt media pars linee dyametri côti
net ſextā partē circuli: ex quo patet
ꝙ tota dyameter côtinet tertiā: Jo
nas ho non circuiuit ciuitatē ſed ſo
lum dyametrum peragrauit. quod
vna die facere potuit.

¶ Queſtio ſcda de contritione ſa/
cre confeſſionis.

Querit a doctoribus quas
conditiōes habere debe/
at ſacra côfeſſio. Et quā/
uis comuniter dicāt ꝙ ſe
decim côtinent in his verſib⁹. Sit
ſimplex hūilis: ꝯfeſſio pura fidelis
Atq̧ frequēs nuda diſcreta libens
verecūdia. Integra ſecreta lachry
mabilis accellerata. Fortis et accu
ſans ⁊ ſit parere parata. Quas con
ditiones alibi declaraui. Tamē q:
comuniter in quadrageſima côfitē/
tur omēs: ſm qd ego inuenio in di
uinis ſcripturis. xij. quadragenas
ita ſacra côfeſſio. xij. debet habere
conditiones. Primo eni inuenio
geñ. vij. quod quadraginta diebus
inundauit diluuiū ſup terrā quo fu
it omnis caro conſumpta. Ex quo
q̄drageno habet prima confeſſiōis
côdicio q̄ dicit lachrymoſa. ſic eni
per inundationē diluuij q̄draginta
diebus deleta fuit omnis caro. ita

per contritionē cordis.ꝛ lachrymationē corporis delet omne pctm̄: vt patuit in magdalena Lu.vij. Scḋo inuenio geñ. viij ꝙ poſt q̄dragin/ta dies noe aperuit arce feneſtram ꝛ emiſit coruum. ex quo habet alia conditio que dr̄ doloroſa: quia ad inſtar noe verus penitens aperit feneſtrā cordis ꝛ emittit omne pctm̄ atq; diabolum dicēs. ioh.xij. Nūc iudiciū ē mūdi Nec vacat a miſte/rio ꝙ coruus nō eſt reuerſus: quia ſic diabolus ad penitentem nō eſt amplius reuerſurus. Ait eni beatus ambroſius. Penitentia eſt cōmiſſa mala plangere: ꝛ plangenda iterū nō cōmittere. de pe. di.iij. circa pn/cipium. Tertio inuenio exo.xxiiij. ꝙ moyſes quadraginta diebus ie/iunans ſuſcepit legē. ex quo habet alia conditio que dr̄ luminoſa. Nā ſicut lex mentes illuminat. ita ꝯfeſ/ſio ipſas clarificat. vnde Criſoſto. ſuper math. Penitentia cor emun/dat ſenſus illuminat. Quarto inue nio leui.xij. ꝙ mulier que peperat maſculū quadrageſimo die ad par tu cum hoſtijs ad templū veniebat. ex quo habetur alia conditio que dicitur amoroſa. Nam ſicut mulier puerpera q̄drageſimo die taberna culuz poteſt intrare: ita peccator p confeſſionē amori diuino recōcilia tur: ꝛ bona eccl'ie participat dicēs cū pph'a. Particeps ego ſum oim̄ timentiū te. Hinc de pe. di. j. cap. Qui vult. Aug. dicit. Credendum eſt: ꝛ pietas fidei expoſtulat crede/re: ꝙ oēs elemoſine totius eccl'ie ꝛ opationes ꝛ opa iuſticie ꝛ mie ſue currāt recognoſcēti mortē ſuā ad cō uerſionē. Quinto ieiunio muneri

xiij. ꝙ exploratores miſſi a moyſe poſt quadraginta dies redierūt. ex quo habetur alia cōditio que dicit cogitoſa: quia ſicut illi terrā pmiſſionis attente cōſiderauerūt. ita peccator quando vult confiteri debet cogitare peccata ſua dicens cū eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs ānos meos in amaritudine aie mee. Sexto inuenio deutro.ij. ꝙ filij iſrl'ſteterunt q̄draginta annis in deſerto Ex quo habet alia cōditio que dicitur continuoſa: quia ſicut illi forti/ter pſeuerauerunt vſq; ad terrā promiſſionis. ita pcōr fortiter in bono cōtinuare nō reclinet. Et diabolus illud luce.xj. dicat. Reuertar in domū meā vnde exiui. De pe. di.iiij. Reuertar. Septimo inuenio. iij. regū.xix. ꝙ helyas in fortitudine cibi angelici quadraginta diebus venit ad montez dei. ex quo habetur alia conditio que dicit deſideroſa Nā qui nō habet deſideriū et ppoſitum ſumendi dn̄icū corpus in paſcate confeſſio ſua nō prodeſt: quia idem preceptū eſt de confeſſione et communione. vt patet extra de pe. et remiſ. omis. Octauo inuenio ezech.iiij. de mādato dn̄i quadra/ginta diebus dormiuit ſup lat' ſuū dextū. ex quo habet alia conditio que dicit ſpecioſa: nam per lat' dextrū ſpecioſitatē puritatis ꝯfeſſiōis poſſumus intelligere: que puritas cōſiſtit vt confeſſio fiat abſq; duplicitate ꝛ mendacio. Nam.xxij.q.ij. Cum hūilitatis. augu. dicit. Cum humilitatis cauſa mentiris: ſi non eras peccator anteq̄; mētireris: mētiendo efficieris. Nono niuenio math.iiij. ꝙ xp̄s poſt quadraginta

dies vicit teptatoꝛē. ex quo habetꝛ alia conditio que dicitꝛ ponderoſa. quia ſicut xp̄us pondere diſcretiōis diabolū ſuperauit: ſic penitēs pondere diſcretionis ſuum peccatum dicat vt inhoneſte nō loquatꝛ Scribitur eni extra de offi. cuſto. cap. j. Oia cū diſcretione agātꝛ que oium virtutū noſcitꝛ eſſe mater. Decimo inuenio in doctoꝛibus et patet per euangelia ꝙ xp̄s quadraginta hoꝛis ſtetit moꝛtuus. ex equo habetur alia conditio que dicitꝛ penoſa Nā ſine contritione nō valet confeſſio quā ſemp debet habere peccatoꝛ vſꝗ ad paſca. i. vſꝗ ad tranſitū moꝛtis. Nā in pſal. l. ſcriptū eſt. Coꝛ cōtritū et humiliatū deꝰ nō deſpiciet de peni. di. j. ca. ij. Undecimo inuenio actu. j. ꝙ xp̄us poſt q̄draginta dies aſcendit in celū. ex quo habetꝛ alia conditio que dꝛ glorioſa: quia per penitentiā homo venit ad gloriam. vnde aug. in libꝛo de penitentia dicit Cōfeſſio eſt ſalus aiarū diſſipatrix vitioꝝ: reſtauratrix virtutū oppugnatrix demonuꝫ. qd plura: obſtruit os inferni: poꝛtas apit paradiſi. Duodecimo inuenio ione iij. ꝙ ipſe de mandato dn̄i niniuitis pꝛedicauit penitentiā qudraginta dierū. ex quo habetꝛ alia conditio que dicitꝛ operoſa: quia ſine opere ſatiſfactionis cōfeſſio nō valet. extra de reg. iuris cap̄. pctm̄. libꝛo. vj Non dimittitꝛ peccatuꝫ niſi reſtituatur ablatū. ſꝫ de his ſatis. amodo alia dicemus ſufficit ſcire ꝙ confeſſio debet eſſe lachꝛymoſa: doloꝛoſa luminoſa: amoꝛoſa cogitoſa: continuoſa: deſideroſa: ſpecioſa: ponderoſa: penoſa: glorioſa: operoſa.

¶ Queſtio tertia. de fructificatione confeſſionis.

Queritꝛ a doctoꝛibus quot ſunt fructus cōfeſſionis. Et dicunt ꝙ. xij. Pꝛimus quoꝛū dꝛ mentis illuminatio que illuminat ex peccatoꝛuꝫ conſideratione. Hinc iere. iij. dicit. Leua oculos tuos ꝛ vide vbi nunc pꝛoſtrata ſis. Itē ex obediētia ꝛ humiliatiōe vt patet in ceco nato ioh̄. ix. dicente. Abij: laui et vidi. Item ex confeſſionis inſtructione qui ad hoc tenetꝛ vt dicit Alex. ꝛ bonauen. in. iiij. di. xvij. Scd̄us dꝛ miſericoꝛdie impetratio. vnde ꝓuerb̄. xxviij. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui aūt cōfeſſus fuerit et reliquerit ea miſericoꝛdiā ꝯſequetꝛ. Tertius dicitꝛ a moꝛte ſuſcitatio: nā ſm̄ doctoꝛes. In penitentia gratia infunditꝛ ſicut in baptiſmo qua peccata remittuntꝛ. vnde iero. dicit. Penitētia eſt ſcd̄a tabula poſt naufragiū Et ideo ꝓuer. x. dicitꝛ. Os iuſti vena vite. Quartus dꝛ a demone liberatio. vnde iob. xxvj. dicit. Saluabit te. ſ. dn̄s per cōfeſſionē ex oꝛe an guſto latiſſime. Quintꝰ dꝛ aie purgatio: quia ipſa cōfeſſio purgat peccata moꝛtalia et venialia: qm̄ ſi eſt ſacramentalis. facit hoc cōtritione cōfitentis ꝛ humilitate cōfeſſionis oꝛatione ſacerdotis et vi clauiū taꝫ quo ad culpā: ꝗꝫ quo ad penam in parte vel in toto: ſi aūt non eſt ſacramentalis facit hoc tribus et non vi clauiū. Ideo de aīa cōfeſſa dicitꝛ in pſal. Confeſſio ꝛ pulchꝛitudo in cōſpectu eius. de pe. di. iij. Totā. Sextus dꝛ pacificatio. vnde eſaie. lvij. Creaui fructum labioꝛū pacē. ideꝫ

cõfeſſio figurata eſt in ramo oliue quē tulit columba ad veſperā.gen. viij. Septim⁹ dr̄ ↄſciētie alleuiatio vñ in pſal. In voce exultatiōis ⁊cō feſſionis ſonus epulãtis. Et puer. xv. Secura mens quaſi iuge cōuiui um. Octauus dicit diaboli ↄfuſio Hic aug. dicit in libro de pnīa ꝙ cō feſſio eſt oppugnatrix demonū: vt patuit in quodam ſacerdote qui co gnouerat vxorem dñi militis ville ſue: quē miles cauſe ſuſpitionis du xit ad demoniacū qui omnia reue labat ſecreta: ſed hoc timens ſacer dos et euadere nō valens intrauit ſtabulū et famulo militis cōfeſſus eſt: et ſic demon ↄfuſus nihil de eo potuit dicere niſi ꝙ ligua extranea dixit: in ſtabulo ſe purgauit. No nus dicit peccatoꝝ remiſſio. Unde in pſal. Dixi confitebor. ⁊ reliqua. Decimus dr̄ pro pctīs ſatiſfactio tum auctoritate clauiū. math. xvj. tum propter verecundiam. vnde in pſal. Cōfuſio faciei mee opuit me. Nam ſm̄ augu. qui erubeſcit pro xp̄o dignus eſt venia. Undecim⁹ dr̄ gratie augmentatio. nam ꝓpter humilitatē cōfeſſionis deus infun dit maiorē gratiā: et etiā ex cōtritio ne ſecundum alexan. vnde in pſal. Hec me cōſolata eſt in humilitate mea. Ultimus dicit dei glorifica tio. Et ideo dauid in pſal. Confite mini dño quoniam bonus. Ex his igit patet quantum bonū eſt peni tentiā agere ad exemplū niniuita rum qui crediderunt dño: et p̄dica uerunt ieiuniū: et veſtiti ſunt ſaccis i. veſtibus humilibus. cetera patēt Et non fecerunt ſicut iudei: qui mi ſerunt miniſtros ad capiendum ſe ſum vt dicit euãge. hodiernū ioh. vij. deſcriptū. O inſenſati et miſeri qui ad predicationē dñi penitentiā nō egiſtis. Nos ṽo oĩno peniten tiam agamus et pctā confiteamur vt gratiaꝫ conſequamur. preſtante domino noſtro ieſu xp̄o. Qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculoꝝ. amē

¶ Feria tertia de paſſione expoſiti onis ep̄le q̄re mali ꝓſperant ⁊ boni tribulant et q̄t fructus habēt boni de eoꝝ tribulatōibus. Sermo. xxx.

eſt. Contra ſalutē proximi: et cōtra
virtutem ⁊ honeſtatē dicentes. In
diebus illis. vʒ Iere. venite cogite/
mus contra iuſtū cogitationes. ſ.
ꝯtra Ieremiā qui erat in figura xp̄i
iuſti. ſ. antho. Iere. xxiij. Suſcita/
bo dauid germen iuſtum. Et xxiij.
Vocabunt eū dn̄s iuſtus noſter: nō
enī peribit lex a ſacerdote neq̄ cōſi
lium a ſapiēte: nec ſermo a propha
quaſi dicat. Quāuis ieremias vel
xp̄us ſit iuſtus. ſacerdos ſapiens et
propha: tm̄ cogitemus contra eū iu
diciū mortis: quia non deficient no
bis ſacerdotes qui leges doceant:
neq̄ ſapientes qui ꝯſiliū prebeant
neq̄ ꝓphe qui futura preuideant ⁊
predicent. venite ꝑcutiamus eum
lingua. vʒ contra ipm̄ detrahendo.
⁊ nō attendamus ad vniuerſos ſer/
mones ei⁹ q̄: ꝓphetāt nobis malū.

¶ Queſtio ſcd̄a ꝑ ieremie imo xp̄i
vera doctrinatiōe vbi querit quot
requirunt ad bonū ⁊ rectū cōſiliū.

Uerit a doctoribus quot
q requiruntur ad bonū ⁊ re
ctum conſilium ꝑm do/
ctrinā xp̄i Et dicut quod

quattuor. Primũ vt eligatur volũtaria paupertas. vnde math. xix. dixit xp̄s. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende oĩa que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis theſaurũ in celis. xiiij. q. j. in principio. et Luce. iiij. vendite que poſſidetis et date elemoſinã. Merces v° huius conſilij ſcribitur math. xix. vbi dicit Uos q reliquiſtis oĩa ⁊ ſecuti eſtis me. centupluʒ accipietis et vitã eternã poſſidebitis. Luc. xviij. j. q. j. §. his ita

Aliud eſt vt obmittat propria volũtas. vnde Greg. in mor. ait. Obedientia ſola virtus eſt: que mẽti virtutes ceteras inſerit inſertaſqꝫ cuſtodit. melior eſt eñ obediẽtia q̃ꝫ victima: obedientia nanqꝫ victimis iure preponit; qꝛ p victimã aliena caro: per obedientiã propria volũtas mactatur. Tertiũ eſt vt reſtringatur feda volũtas. Hinc math. xviij. Sũt eunuchi qui ſe caſtrauerũt propter regnũ celoꝝ: qui poteſt cape capiat xxxij. q. v. Qui ſitit. Et caplo. Tũc Jerony. dicit. Oĩa opa abſqꝫ virginitate puritate: ꝯtinentia: vel caſtitate imperfecta ſunt. hoc ſatis declarat Greg. in mora. ſup illud verbo Luce. xij. Sint lumbi vři precincti. de peni. di. j. Qui ſcũs. Quartũ eſt vt appetat humana aduerſitas. vnde math. v. ſcriptũ eſt Beati qui perſecutionẽ patiunt propter iuſticiam qm̃ ipſorum eſt regnũ celorũ. xxiij. q. v. Ad fidẽ. xxiiij. q. j. A recta Certe plures dampnant proſpitate q̃ꝫ aduerſitate. iuxta illud pſal. Cadẽt a latere tuo mille et decẽ millia a dextris tuis. Hinc xp̄s elegit pati. et pro pſecutoribus exorauit. Luc. xxiij. j. q. j. Cum ergo. Jdeo in ſc̄da parte huius ep̄le dicit. Attende dñe ad me: qui do bonũ conſiliũ: ⁊ audi voces aduerſarioꝝ meoꝝ: qui ic dant malũ conſiliũ. Nũquid redditur pro bono malũ: quia foderunt foueam aĩe mee. foueaʒ plagarum dico vel ſepulchri vel inferni: vbi xp̄us ſtatim poſt mortẽ deſcendit. Recordare quod ſteteri in conſpectu tuo vt loquerer pro eis bonum orando videlʒ pro eis et auerterem indignationem tuam ab eis.

¶ Queſtio. iij. de iudeoꝝ punitiõe.

Querit a doctoribus quibus ⁊ quot penis oratiõe ieremie vel xp̄i iudei puniti ſunt. Et dicunt quod triplici pena puniti ſũt. Primo pena grauiſſima quia pp̄ha dicit: propterea quia reddiderũt mala mihi pro bonis: da filios eoꝝ in famẽ: ⁊ deduc eos in manu gladij. i. te fauẽte morientur fame et gladio. Fiant vxores eoꝝ abſqꝫ liberis ⁊ vidue: ⁊ viri earũ interficiãtur morte. Juuenes eoꝝ qui. ſ. inter eos ſunt fortiores cõfodiantur gladio in prelio audiatur clamor de domibus eoꝝ.

Secundo puniti ſunt pena ſubitanea ⁊ improuiſa quia dic̃. Adduces eñ ſup eos latronẽ repẽte. i. ieueniet eũ ſubito ⁊ improuiſe: quia foderũt foueã vt caperent me ⁊ laqueos abſconderunt pedibus meis. i. oculte parauerũt mihi deceptiones. Tu autẽ dñe cui. ſ. nihil abſcõdi poteſt ſcis omne ꝯſiliũ eoꝝ aduerſum me in mortẽ. Nam cayphas dixit in cõſilio vt ſcribitur Joh. xj. Expedit vt vnus homo moriatur pro poplo

Tertio puniti ſunt pena diuturna ⁊ eterna. vnde pp̄ha dicit. Ne propi

rieris.i. non propitiaberis iniquita ti eorum. et peccatũ eorũ a facie tua nõ deleatur. i. a tua noticia nõ delebi tur. Fiant corruentes. i. morientes in ↄſpectu tuo. in tpe furoris tui: qui ſcꝫ eſt effectus iuſticie. et addit ecclia dñe deus noſter. Nec mirũ ſi talia ꝓ pheta imprecabatur ↄtra iudeos q ita maligni erant: vt et lazarũ interfi cere cogitarent: ne xpi miraculum diuulgaret quia a mortuis eũ ſuſci tauerat: vt ſcribit in euangelio ho dierno Joh.xj. deſcri. Ne ſimus er go mali cõſiliarij: ſꝫ nobiſmetipſis bene conſulentes imitemur xpum cuius imitatione gloriam habea mus eternam. Amen.

¶ Feria ſecũda palmarũ expoſitio nis epl'e de obedientia xpi tempo re paſſionis. Sermo.xxxv.

Dominus de us aperuit mihi aurez ego aũt non contradi co. eſa.l. hec verba ſcri buntur. Pro exordio huius ſermo nis a doctoribus querit. vtrum xps ſemp fuerit obedies patri. Et dicũt q in chriſto licet ſit vna voluntas vt potentia: eſt tñ duplex voluntas vt actus. Et ideo licet ſm volunta tem ſenſualitatis poterat velle non obedire. non tamẽ ſcdm voluntatẽ rationis. ſicut vnus ſcdm volunta tem abſolute non vult vſtionẽ: quã tñ non optat ex ratione propter finẽ ſanitatis Et ſm hanc voluntatẽ ip ſe fuit obediens patri. vñ in pſal. vt facerem voluntatẽ tuã volui. Et in preſentiarũ dñs inquit: deus ape ruit mihi aurẽ. i. intentionẽ ei ſigni ficans voluntatem ſuã. Ego aũt nõ contradico ſed potius addo. Fiat voluntas tua. math.vij. Cõcordat Alex. de ales in.iij.q.xl.ar.j.iij.et.v. In hac igitur epl'a tres vtiles que ſtiones querunt. Prima eſt de obe dientie perfectione et electione. in principio. Secũda eſt de obedien tie exemplificatione. ibi. Corpus meũ dedi percutiẽtibus. Tertia eſt de obedientie difficili executione. ibi. Dñs meus auxiliator meus.

¶ Queſtio prima de obedientie ꝑ fectione et electione. vꝫ an chriſtus elegit obedientiã tanquã virtutem maximam.

Querit a doctoribus. vtrũ obediẽtia ſit maxima vir tutum propter cuius pfe ctionem eaꝫ elegerat xps Et dicunt q ſicut pcm̃ in hoc con ſiſtit q homo ↄtempto deo: cõmu tabilibus bonis adheret: ita meritũ virtuoſi actus econuerſo in hoc cõ ſiſtit: q homo ↄtemptis bonis crea tis deo inheret: finis aũt potior eſt his qui ſunt ad finẽ. Si ergo bona creata propter hoc cõtempnuntur vt deo inhereat. maior eſt laus vir tutis ex hoc quod deo inheret: q̃ꝫ ex hoc quod bona terrena cõtempnat Et ideo ille virtutes quibus ſcdm ſe deo inheretur. vꝫ theologice ſunt potiores virtutibus moralibus qui bus aliquid terrenũ ↄtempnitur vt deo inhereatur. Inter aũt virtutes morales tãto aliqua potior eſt quã to maius aliquid cõtempnit vt deo inhereat. Sunt aũt tria genera bo norũ humanorũ que homo poteſt ↄtempnere propter deũ. quorum infi

mũ ſunt exteriora bona. mediũ ſunt bona corporis. ſupremũ autẽ ſunt bona aīe. Inter que voluntas precipuum eſt. Et ideo laudabilior eſt obedientie virtus que ꝑpter deum ↄtempnit propriã voluntatem ꝙ̄ cetere virtutes morales que ꝑpter deũ alia bona contempnunt: vnde Grego. vltimo moraliũ dicit Obedientia victimis iure preponitur: q꞉ per victimas aliena caro: per obedientiã vero voluntas propria mactat vt in decre. viij. q. j. Sciendum. dicitur. idẽ. extra de maior. ⁊ obedientia. illud Et ideo quecũqꝫ alia bona ⁊ virtutũ opa ex hoc meritoria ſunt apud deũ ꝙ fint vt obediat voluntati diuine. Nam ſi quis martyriũ ſuſtineret: vel omnia bona ſua pauperibus erogaret. niſi hoc ordinaret ad impletionẽ diuĩe voluntatis qḋ recte ad obediẽtiã pertinet: meritoria eſſe nõ poſſet: ſicut nec fieret ſine charitate que ſine obediẽtia eſſe nõ pōt. Dicit eni. j. ioh. ij. Qui dicit ſe noſſe deũ et mandata eius non cuſtodit mẽdax eſt. qui aũt ſeruat verba eius vere in hoc charitas dei perfecta eſt. Et hoc ideo quia amicicia facit idẽ velle ⁊ nolle. Proptera igitur hãc perfectionem quã cõfirmat alex. de ales. et ſ. tho. 2a 2e. q j. cap. iiij. ar. iij. xp̄s elegit. vnde dicit pͥma pars huius ep̄le. In diebus: vꝫ quando propħa venerat ad ezechiã egrotantem: dixit eſaias in pſona chriſti Dominꝰ deus pater ſcꝫ aperuit mihi aurẽ. videlꝫ cordis voluntatem. Ego autẽ non contradico: per voluntatem rationis. Retrorſum non abij videlicet opere: Ecce veritas charitatis.

¶ Queſtio ſecunda de obedientie exemplificatione.

Queritur a doctoribus vtrũ obediẽtia oportet exemplis ſcripturarum. Et dicũt ꝙ ſic. nã pretermiſſis xvj. exemplis que poſita ſunt. ſ in tertia queſtiõe ſermonis. xiiij. nũc clare ponũt plurima. Primũ quorum eſt filiorum iſrael. qui vt habetur numeri. ix. per deſertum ambulantes: ad imperium dn̄i ſepius erigebãt ⁊ deponebãt tẽtoria. Aliud eſt dathan Joſue. vij. qui tranſgrediens mandatum eius imo populus domini in prelio ſuperatus eſt et ipſe poſtmodum a lapidatus. Tertium eſt dauid. qui quamuis eſſet vnctus per ſamuelẽ ex mandato dn̄i in regem: obediebat tamen ꝑpħe patri mittenti eum vt portaret victualia fratribus vt. j. Regũ xvij. ſcribit. Quartũ ē Salomõis cui dictum eſt a dn̄o ꝙ ſi cuſtodiret ꝑcepta eius: poneret thronũ eius ſuper iſrael in ſempiternũ. ſin autẽ aufferret iſrael de ſuperficie terre. ij. paralipom. vij. c. Quintum eſt naaman principis milicie Damaſci. qui obediens eliſeo mundatus eſt a lepra. iiij. Reg. v. Sextum eſt rechabitarum filiorum Jonadab quibus dixit Jeremias. pro eo qḋ obediſtis ꝑcepto Jonadab filij rechab ⁊c. vſqꝫ. ſtans in cõſpectu dn̄i Jere. xxxv. Septimũ eſt ione q nõ obediens mandato dn̄i. paſſus eſt fragiũ ⁊ cete deglutiuit eum Jone primo. ij. ⁊. iij. Octauũ eſt Mathathie. ſ. qui dixit Et ſi omẽs obediũt regi anthiocho ego ⁊ filij mei obedimus legi patrum noſtrorum.

Nonum eſt ſancte matris ꝛ filioꝝ machabeorum qui dixerunt regi. Parati ſumus mori magis q̄ȝ patrias leges pterire Macha.vij. Decimū eſt pueri ieſu q ſubdit⁹ erat matri ꝛ pr̄i putatiuo. Lu.ij. Undecimū eſt mathei qui relictis omnib⁹ obediuit voci dn̄i. Luce.vſ. Duodecimū filiorum zebedei qui relictis retibus ꝛ pr̄e ſecuti ſunt ieſum. math. iiij. Tredecimū eſt pauli qui dixit dn̄o actuum.ix. Quid me vis facere. Quartūdecimū eſt dn̄e noſtre que obediuit precepto purificationis Luce.ij. Quindecimū eſt xp̄i de quo paulus ad philippenſes.ij. dicit Chriſt⁹ fact⁹ eſt ꝑ nobis obediens vſqȝ ad mortē. de conſe. di.ij. Timorem. Sedecimū ꝛ vltimū ponit ad pn̄s.j.ij. parte huius ep̄le de Eſa. qui in pſona xp̄i dn̄i loquitur dicens. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantib⁹ ꝛ ꝯſpuentibus in me.

¶ Queſtio tertia de obediētie diffi cili executione.

Queritur a doctori. An obediētia ſit ſpecialis virtus ꝛ difficilis. Et dicunt ꝙ ſic quia virtuti cōpetit ꝓprie ex ſua diffinitione vt opus bonuȝ reddat. Sed obedire ſuperiori debitum eſt ꝛ bonum ſcd̄m diuinū ordinem rebus inditum. Et hoc eſt vnum ſpeciale bonum. ideo obiediētia ſpecialis virtus eſt. Sed qm̄ ei⁹ ſpeciale obiectum eſt preceptuȝ ſuperioris tacitum vel expreſſum. ꝛ volūtas ſuperioris quocūqȝ modo innoteſcat eſt adimplenda. ꝛ tanto videt obediētia promptior quanto voluntate ſupioris intellecta preceptum obediēdo preuenitur. Ideo obediētia valde difficilis ꝟtus extimatur. Hanc autem difficultatem oſtendit Eſayas in perſona chriſti in tertia parte hui⁹ ep̄le ex multis Primo ex preparata defenſione vnde dicit. dn̄s deus auxiliator meus ꝛ ideo non ſum confuſus. Nam ſine gratia dei obediētia bene pfici non poteſt. Secundo ex tuta adheſione. vnde ſequitur. Et ideo vȝ. quia dn̄s ē auxiliator meus. poſui faciem meam vt petram duriſſimā vȝ coram cedentibus eam. Tertio ex adeheſionis manifeſtatione. qm̄ ſequitur. Et ſcio quoniā nō cōfundar. Quarto ex defenſoris approximatione quia dicit Iuxta eſt qui iuſtificat me. vȝ ꝑ manifeſtationeȝ quia chriſtus ab inſtanti conceptionis iuſtus fuit. Quis contradicit mihi ſtemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus. accedat ad me. Sȝ contra quia ſunt aduerſarij contradicentes xp̄o puta. infideles. impatientes. Impunientes ꝛ inobediētes. vnde Luce. ij. dicitur Poſitus eſt in ſignum cui contradicet. Reſpondet ꝙ tales contradicūt volūtati ſigni ſed non beneplaciti. Et ideo ſequitur. Ecce dominus deus auxiliator meus. quis eſt qui me cōꝯdemnet. Quinto ex impugnatoꝝ confractione. vnde ſequitur. Ecce omnes quaſi veſtimētū ꝛ ꝯterētur. vȝ in peccatis. Tinea. i. romana iudicata comedet eos. Ad litteraȝ veſtimēta cōteruntur veſtutate. et ipſi iudei cōtriti ſunt peccatis antiqs. Nam veſtutas eſt defectus matura

lis: tinee ꝟo ſignificāt defectũ vio lentũ. Quis ex vobis timens deuz audiet vocẽ ſerui tui: ſupple dicẽtis illud math.iiij. Penitentiã agite. q̃ ſi dicat: nullus quia quilibet eorũ illud iob.xxxij. dicere poterit. Qua ſi putredo cõſumendus ſum: et qua ſi veſtimentũ qđ comedit a tinea.

Sexto hanc difficultatẽ obedien‑tie oſtendit eſa. ex ſpei collatione vnde cõcludit. Qui ambulat in te‑nebris: peccator vz. et nõ eſt lumen ei.ſ. ſapientie. Speret in noie dñi ⁊ innitatur ſup dñm deũ ſuum illi. ſ. obediendo. O igit felix obediẽtia quã xp̃us ſemp oſtendit patri: que tantũ alias ꝟtutes morales excedis que tantis exemplis coruſcas: ⁊ in ter partes iuſticie ſpecialis manẽs diuinũ poſtulas auxiliũ. ex difficili operatione tua: que marthe et ma rie deuotionẽ odore ornaſti ſicut in euangelio hodierno ioh.xij. deſcri pto manifeſtatur. Precemur ergo humiliter dñm noſtrũ ieſum xp̃m verũ obedientẽ: vt tali virtute orna ti: in cena eius cũ martha miniſtrã te et maria contẽplante atq; lazaro obediente ſimus refecti. per infini‑ta ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria. iij. maioris hebdomade expoſitionis epiſtole de manſuetu dine chriſti. Sermo.xxxvj.

D Omine de‑monſtraſti mihi et co‑gnoui tu oſtendiſti mi hi ſtudia eorũ. Et ego quaſi agnus manſuetus qui porta tur ad victimam. iere.xj. hec verba ſcribunt Pro exordio huius ſermo nis in quo dicturi ſumus de mãſue tudine xp̃i. merito a doctorib' que ritur. Utrũ habere manſuetudinez ſit aliqd laudabile ⁊ virtuoſum? Ad qđ dicũt ꝙ ratio virtutis moralis in hoc conſiſtit ꝙ appetitus ratio‑ni ſubdat vt.j. eth. phs dicit. Sed manſuetudo vt idẽ.iiij. ethi. expri‑mit: ſm rectã rationẽ moderat iras ſic clementia aſpicit ad rationẽ in diminuendo penas. Conſequens ergo eſt ꝙ habere manſuetudinez eſt ꝟtutis. Hinc ſene. li.ij. de clemẽ tia dicit. Clementiã ⁊ manſuetudi nem omnes boni viri preſtabũt. et ideo iere. in pſona xp̃i loquit ꝟba ꝓpoſita dicẽs. Dñe demõſtraſti mi hi. primo ſm diuinitatẽ ab eterno per generationẽ: qua accepi notici am omniũ. ſm etiã humanitatem tpaliter cũ aiam meaz creaſti et cor pori infudiſti. ⁊ in illo inſtanti oim noticiã dediſti: et cognoui. Tu oſtẽ diſti mihi ſtudia eorum ad mortem mihi inferendã. Et ego quaſi agn' manſuetus qui portat ad victimaz qui ſupple non clamat nec murmu rat. Et idem eſa.liij. Sicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt: ⁊ quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcet et nõ aperuit os ſuũ. de pe. di.ij. Si enim inqt. Cõcordat alex. de ales. in.iij. ⁊ beatus tho. in cẽtiloquio. ⁊ ſ. tho. 2ª 2ᵉ. q.clvij. ar.ij. ¶ In hac igitur epl'a tres vtiles querunt queſtiones Prima de mãſuetudinis diffiniti one. in principio. Scđa eſt de mã ſuetudinis exẽplificatiõe. ibi. tu aũt Tertia eſt de manſuetudinis fru‑ctificatione. ibi. tibi reuelaui.

¶ Queſtio prima de mãſuetudinis diffinitione. vz an ipſius clementie

ſit eadem entitatis deſcriptio ⁊ quo
modo ſint in chriſto.

q Uerit a doctorib⁹ an mā
ſuetudo ⁊ clementia ſint
penitus idem: et quō fue
runt in xpo. Et dicunt ꝙ
virtus moralis cōſiſtit circa paſſio
nes et actiones vt dicit phus in. ij.
ethi. Paſſiones aūt interiores ſunt
actionū exteriorū principia aut im
pedimenta: vnde virtutes quibus
moderant paſſiones quodāmodo
cōcurrūt in eundē defectū cū virtu
tibus quibus moderant actiones
licet ſpecie differant ſicut patet in ꝓ
poſito Nam ex paſſione ire ꝓuoca
tur aliquis ad iferendā grauiorem
penā. Sed ad clementiā ptinet illā
diminuere Et ideo manſuetudo in
q̄ʒtū refrenat ipetū ire. in eūdē effe
ctū cū clemētia cōcurrit: differūt tñ
ab iuicē q: clemētia eſt moderatiua
exterioris punitionis. Manſuetu
do autē ꝓprie diminuit paſſionem
ire. Cōcordat ſctūs tho. vbi ſ. ar. i.
Seneca autē aliā differentiā dicit.
Clemētia eſt leuitas ſuperioris ad
uerſus iferiorē. Manſuetudo autē
nō ſolū eſt ſuperioris ad inferiorez
ſed cuiuſlibet ad quemlibet. hee au
tem virtutes ſunt in xpo ad perficiē
dum anime eius potētias: quia vir
tutes ſunt effectus gratie. Unde ſicͣ
gratia xpi fuit perfectiſſima que re
ſpicit eſſentiā anime: ita virtutes q̄
ſunt effctus ipſius gratie ſunt in eo
pfectiſſime ad eius anime potētias
perficienduz. Nec obſtat dicere ꝙ
in xpo non potuit eſſe ira. ergo nec
manſuetudo ad diminutionē ipſius
quia ſicut ipſe cōcupiſcentias non
habuit et tamē fuit perfectiſſime tē
peratus: cum temperantia ſit tāto
pfectior in hoie quanto magis pra
uis cōcupiſcentijs caret: ita fuit pfe
ctiſſime manſuetus nō ad diminu-
tionē ire: ſed quia irā penitus non
habuit: qđ oſtendit prima pars epi
ſtole hodierne. que incipit In die-
bus illis. ſ. iminente captiuitate ba
bilonica: dixit ieremias in pſona
xpi. Dñe demōſtraſti mihi. et reliq̄
que ſunt ſuperius declarata. O xpe
exemplar oium virtutū: quis expri
mere poteſt tue manſuetudinis leni
tatē? Qui cū pcutereris nō pcutie-
bas. Job. xviij. xlv. di. In pncipio
Qui cum maledicerereris nō male
cebas: ⁊ cū patereris nō cōminabe
ris. j. pe. ij. xlv. di. Epm. de pe. di.
ij. Si eni ingt Qui pro pcōribus in
cruce oraſti luc. xxiiij. ⁊. j. q. j. §. Cū
ergo. Qui matrē diſcipulo cōmen-
daſti. ioānis. xix. xxvij. q. ij. §. Ecce.
et cap̄. priuſq̄ʒ. Quis ergo nos am
plius potuit amare q̄ʒ xps. qui nō
modo donauit exemplū māſuetu-
dinis. ſed animā ſuā poſuit pro oui
bus ſuis iohis. iij. xxiij. q. iiij. Quis
nos. ſed de his ſatis.

¶ Queſtio ſecunda de manſuetudi
nis exemplificatione.

q Uerit a doctorib⁹. Utruʒ
virtus manſuetudinis ſit
laudanda et cōmendatio
ne digna ſcripturarū exemplis. Et
dicunt ꝙ ſic miro modo. Primo ex
emplo yſaac qui manſuete tulit: cū
pater ſuus eum immolare. vellet
gene. xxij. Secundo exemplo io-
ſeph qui manſuete tulit facinus fra
trū ſuorū. gen. xlv. Tertio exemplo
moyſi qui manſuete orauit pro ma

ria ſorore ſua leproſa effecta: quia contra eum murmurauerat et eius optinuit ſanitaté. numeri.xij. Orauit etiā pro pplo murmurante. numeri.xvj. Quarto exemplo gedeonis qui manſuete ſedauit iurgātes effraym.iudic.viij. Quinto exemplo dauid qui manſuete tulit ſaulé eum perſequentem ad morté quamuis eum potuiſſet ſepe occidere.j. regū.xxiiij. et xxvj. Sexto exemplo hely. qui venientes ad eum capiendū nō permiſſit aliqd mali habere: ſed refectos iā iuſſit abire. iiij regum.vj. Septimo exemplo tobie qui manſuete tulit flagellū dei et irriſioné amicorū et vxoris eius thobie.ij.et.iij.ca. Octauo exéplo iob ſciſſimi qui tanta mãſuetudine oia aduerſa ſuſtinuit iob.ij. ꝛ deinceps. Nono exéplo ſocioꝝ danieł qui tam manſuete fornacé ardenté intrauerunt. Danielis.iij.qui non minus laudati ſunt patientia q̄ȝ daniel ſapientia. Decimo exéplo filie raguelis que tam manſuete ſuſtinuit obrobria ancille vt ſe ad orationem conuerteret.tobie.iij. Undecimo exéplo eleazari q tā mãſuete reſpōdit tyrāno dicés. Et ſi in pñti ſupplitijs capiar hoim: cū neqȝ viuus neqȝ mortuus effugiā mach.vj Pretermitto matré cum ſepté filijs mach.vij. Et quō cum manſuetudine pertulerūt ſupplicū. Ultimo ꝑ concluſione oim capiamus exemplum ieremie in pſona xpi dicentis Et nō cognoui.vȝ peccatū.quia.j. petri.ij.ſcriptū eſt. Qui peccatū nō fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius: quia cogitauerunt ſup me cōſilia. vȝ iniqua dicétes ipſi impij in

dei. Uenite: hoc verbū nō eſt in textu ſed illud ponit ecclia. mittamus lignum. ſ. venenoſum contritū in puluerė in pané eius: ſicut ad litteram dr.qd fecerūt ieremie. ſȝ q: ꝑm intentioneȝ ecclie ieremias loquit in perſona xpi: aliter hoc verbū exponitur. vȝ mittamus lignū. ſ.crucis in pané eius. ſ. in corpus xpi: q dicit panis ioh. vj. Undé ipſe ait. Ego ſum panis viuus q de celo deſcendi. de pe. di.j. Charitas.xxxiij. q.iiij. Sciatis. de conſe. di.ij. Forte dices. Et cap. omnia. ꝛ cap. in calice. et eradamus eum de terra viuétium. i. de hoc mundo. Et nomé eiꝰ i. doctrina nō memoret amplius q̄ eſt contra nos. Et accidit contrariū: quia ioãnis.xij.ſcriptū eſt. Niſi granū fruméti cadens in terra mortuum fuerit ipſum ſolū manet. Si auté mortuū fuerit multū fructū affert. Et infra ipſe xp̄s dicit. Ego ſi exaltatꝰ fuero a terra. i. in cruce oia traham ad meipſum. ſ. per nomen et gloriā. Ecce q̄ȝ manſuete ad tanta mala ieremias in perſona xpi loquitur. audiamꝰ modo huius eple alterā parté. Tu aūt dñe ſabbaoth i. princeps exercituū qui iudicas iuſte ꝛ probas renes. i. afflictiones. i. ipſas perfecta noticia cognoſcis. ꝛ corda. vȝ intentiones hoim. videā i. videbo nō optanté: ſed ꝑdicanté amore iuſticie nō vindicte vltioneȝ tuā ex eis. tuā dico. q: deutro. xxij. dicis. Mea eſt vlcio. Pro quibus oraui luce.xxiij.q.j.§. Cum ergo. De his ſatis.

¶ Queſtio.iij. de mãſuetudinis fructificatione. videlicet quot fructus ſequuntur ex manſuetudine.

Uerit a doctoribus quot fructus ſequunt ex manſuetudine? Et dicunt ꝙ multi: quorū Primus dī peccatoꝝ remiſſio. Nam cū petrus interrogaſſet dñm: quotiens in me peccauerit frater meus dimittaꝫ ei vſqꝫ ſepties? Manſuete dixit ei dñs nō dico tibi ſepties: ſꝫ vſqꝫ ſeptuagies ſepties math. xviij. de pe. di. ij. Septies. ꝛ cap. adhuc inſtāt. extra de iure. iurā. Queadmodū. Alius dī vindicte euaſio. Nā cū iacobꝰ et ioannes ꝯtra ſamaritanos qui nūcios dñi nō receperāt dño dixiſſent vis dicimus vt ignis deſcēdat de celo et ꝯſumat illos. māſuete reprehēdens eos dñs dixit. Neſcitis cuius ſpūs eſtis: certe ſamaritani poſt cito crediderunt. ioh. iiij. et. iiij. q. iiij. Qd xp̄s. Tertius dī a penis liberatio qꝛ mulierē in adultero deprehenſam et corā eo accuſatā dñs benigne a pena lapidationis liberauit. ioh. viij. dicēs ei. O mulier vbi ſunt qui te accuſabāt? Nemo te cōdempnauit? Nemo dñe. Nec ego te cōdempnabo. xxxij. q. j. Qd autē Quartus dr̄ bona exemplificatio Hinc dñs math. xj. dixit. Diſcite a me: quia mitis ſum et humilis corde. ij. q. ij. Qui ſe. Quintus dicitur charitatis oſtenſio. Naꝫ paulus in carcere poſitus: media nocte benigne pro inimicis orauit. actuū. xvj Similiter et ſtephanus ꝑ lapidantibus exorauit. actuū. vj. l. dī. §. ecōtra. Sextus dī glorioſa exultatio Nam apl̄i qui nimis manſueti erāt dum pro noīe ieſu paterenṫ, ibant gaudentes a cōſpectu cōſilij qm̄ digni habiti ſunt pro noīe ieſu contumeliam pati. actuū. v. Septimus dicit miſericordie prouocatio. Nā ecōuerſo nimis indignatus eſt dñs contra ſeruum nequā cui dimiſerat decē milia talenta. Talentū eni ſm̄ iſidorum pondus ſummū eſt apud grecos. cxx. librarū: eo ꝙ ipſe non fuit manſuetus erga conſeruū ſuū. math. xviij. de pe. di. iij. §. illud. Et di. iiij. In principio. et de conſe. di. iiij. Quō Octauus dī turbationū ſedatio. Nam licet cōtra xp̄m ſepius pharisei detraherent vt ponitur lu. vj. Detractionem blaſphemie: quia dicebāt. hic blaſphemat. Detractionem phariſei Mathei. x. qꝛ dicebant. Quare cum publicanis ꝛ peccatoribus manducat magiſter veſter. Et vt de reliquis taceā luce ix. quia miracula deprauabāt dicētes. In beelzebub ꝑncipe demoniorum eijcit demonia. tamē māſuete reſpōdendo dicēs: Ego demoniuꝫ nō habeo: ſedauit turbatiōes eoꝛuꝫ Nonus dī mortis euaſio. Nam iudei cuꝫ voluiſſent xp̄m precipitare de ſupercilio mōtis. luc. iiij. ipſe nō ad iram ꝯcitatus: ſed manſuete trāſiens per mediū illoꝝ ibat. Decimꝰ dicit perfectionis demōſtratio. vn̄ xp̄us manſuete proditorē vocauit amicū. math. xxvij. Cōprehendentis eum aurē ſanauit. luc. xxij. Principibus et pilato manſuetiſſime reſpondit. ioh. xviij. Undecimus dī glorie donatio. Nam quia latro in cruce pendens manſuete commēdauit ſe xp̄o audiuit ab eo. Hodie mecū eris in paradiſo. luc. xxiij. de peni. di. j. Importuna. de ꝯſe. di. iiij baptiſmi vicē. Duodecimꝰ ꝛ vltimꝰ dicit humiliatio. Nā x̄e manſuetꝰ

omnia ponit in manib⁹ dei. Hinc ieremias in perſona xp̄i: tanta aduerſa ꝓ nobis ſuſtinentis ait in tertia parte p̄n̄tis epiſtole. Tibi reuelaui cauſam meam dn̄e deus meus i. tibi cōmendaui cauſaȝ meā quia filius nō reuelauit aliquid patri. O igitur vera virtus manſuetudinis que nō ad refrenandū impetū ire ſicut in aliis hoibus: ſed quia nullū ire vitium in xp̄o eſſe poterat in eo habitaculuȝ feciſti tu tantis fulges exemplis. ex te tot fructus exuberant ſicut hodie ſpecialius ꝑ euangelium marci. xiiij. deſcriptū manifeſtat. Precemur aūt manſuetū dominū noſtrū ieſum xp̄m quatenus nos tali virtute ornatos: ad ſuū recipiat conſortium. Qui cuȝ patre et ſpūſancto viuit et reg. in. ſ. ſ. Amen

¶ Feria quarta maioris hebdomade expoſitionis epiſtole de chriſti paſſione Sermo. xxxvij.

d **Omīe quis** credidit auditui noſtro ꝛ brachiuȝ dn̄i cui reuelatum eſt Eſa. liij. hec v̄ba ſcribunt. Primo exordio hui⁹ ſermōis in quo dicturi ſum⁹ de xp̄i paſſiōe merito querit. vtrū fuerit hūani gn̄eris liberatio ni neceſſariū xp̄m pati. Et dicūt doct. ꝙ neceſſariū ꝯm doctrinā phi. v. meth. capit vno mō qd̄ īpoſſibile ē aliter ſe habere. ꝛ ſic pati xp̄m nō fuit neceſſarium quia voluntarie paſſus eſt. iuxta illud eſa. liij. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Alio modo accipitur neceſſarium pro neceſſitate coactiōis vt puta cū aliquis nō poteſt ire ꝓpter violentiā detinentis nature ꝛ hoc modo xp̄s paſſus eſt. cū de eo ſcriptū eſt in pſal. cxxxiiij. Oia quecunqȝ voluit fecit. de cōſe. di. ij. Omnia. Tertio modo accipitur neceſſarium ratione finis. et ſic neceſſario xp̄s paſſus eſt. Nam fuit triplex finis qui conuenenter ſequi nō poterat niſi xp̄us pateret

Prim⁹ finis eternalis diffinitionis. hinc Luce. xxij. ſcriptū eſt. Filius hominis ꝯm ꝙ diffinitum eſt vadit. Secund⁹ finis humanitatis xp̄i exaltationis. vnde paulus ad phi. ij. dicit. Chriſtus pro nobis factus eſt obediens vſqȝ ad mortē. mortem aūt crucis. propter quod ꝛ deus exaltauit illum ꝛ reliqua. extra. de emuni. ec. li. vj. cap̄. Decet. Tertius finis humani generis liberationis vt omnes qui credunt nō pereant ſed habeant vitam eternam. Et quia hoc videbatur obſcurum ꝛ difficile quod ꝓphetis dicentibus nō credebant. in diebus illis dixit eſaias. Dn̄e quis credidit auditui noſtro. ꝛ loquitur in perſona omniū ꝓpharum de tali myſterio paſſionis loquentiū. Et brachium dn̄i. i. xp̄s qui dicitur brachium qȝ eſt dei virtus portans omnia verbo virtutis ſue. ad. heb. j. q fecit omnia Joh. j. cui reuelatum eſt. quaſi dicat paucis. que ſunt verba preſentis ep̄le declarande. In qua de xp̄i paſſione tres vtiles querunt queſtiones: quarū Prima eſt de pſſionis xp̄i modificatione. in principio ❡ Alia eſt de paſſionis xp̄i generali penarum ſupportatione. ibi. ꝛ aſcēdit. Tertia eſt de paſſionis chriſti fructificatione. ibi. ipſe autem.

¶ Prima queſtio de paſſionis xpi modificatiōe. vz an ali⁹ modus fuiſſet conuenientior liberationis humane nature q̄ȝ per xp̄i paſſionē.

q Ueritur diligenter a doctoribus. An ali⁹ modus fuiſſet conuenientior liberationis humane nature quā q̄ȝ per xp̄i paſſionē. Et dicunt q̄ nō. q2 tanto aliquis mod⁹ conuenientior eſt ad exequēdū aliquem finem quanto per ipſum plura concurrunt que ſunt expedientia fini. per hoc autez q̄ hō per xp̄i paſſionem eſt liberatus multa concurrunt ad ſalutem hominis ptinētia p̄ter liberationem a pctō quod oñditur triplici rōne. Primo rōne dilectiōis quia per hoc hō cognoſcit quantum ipſum deus diligat. per quod etiaȝ ipſe p̄uocat ad deū diligendum. hinc paulus ad Romanos v. dicit. Cum inimici eſſemus reconciliati ſumus per mortē filij eius. Et ad corin. v. Si inquit pro oibus xp̄s mortuus eſt ſupeſt vt qui viuūt iam non ſibi viuāt: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt. viij. q. j. In ſcripturis. Scd̄o ratione humiliationis et ceterarū virtutū doctrinationis. Hinc. j. petri. ij. Chriſtus pro nobis paſſus eſt vobis relinquens exempluȝ: vt ſequamini veſtigia eius. Tertio ratione p̄ſeruationis quia oſtēſa eſt ex hoc hoī maior neceſſitas ſe imunem a peccato ſeruandi. Unde. j. ad corin. vj. aplus dicit. Empti eni eſtis precio magno: glorificate ⁊ portate deum in corpore vr̄o. Poteſt poni et alia ratio que d2 dignificationis: nā ad maiorem dignitatē hois ceſſit. vt ſicut homo victus fuerat a diabolo: ſic homo eſſet qui diabolū vinceret ⁊ ſicut homo peccando mortē meruit: ita homo moriendo mortē ſuperaret. vnde. j. ad corin. xv. paulus ait. Deo aūt gratias qui dedit nobis victoriā per ieſum xp̄m dn̄m noſtrum. Adhuc poteſt addi alia ratio que dicit glorificationis: quia chriſtus per paſſionem ſuam nō ſolum hominem a pcō liberauit: ſed etiam ei gloriam beatitudinis et ianuam celi promeruit aperire. Hinc paulus ad hebr. x. Habemus fiduciam in introitū ſctōꝝ. vz celeſtiū in ſanguine xp̄i. Propter igit omēs has rōnes Aug. xiij de ciuita. dicit Sanande nr̄e miſerie cōueniētior alius non fuit modus: q̄ȝ per chriſti paſſionez. Hunc modū predicabat eſayas: ⁊ quia pauci ſibi et alijs p̄phetis credebāt. ideo dicit. Dn̄e quis credidit auditui nr̄o. ⁊ reliqua que ſūt ſuperius dicta ⁊ declarata.

¶ Queſtio ſcd̄a de paſſionis chriſti generali penarū ſupportatione. videlȝ an chriſtus ſuſtinuerit omēs paſſiones generaliter.

q Uerit a doctoribus ſatis vtiliter et diligēter. Utrū xp̄us generaliter omnes paſſiones ſuſtinuerit? Et hec queſtio ſatis videt difficilis: q2 ex vna parte videt q̄ non per textū ioh. xix. vbi dicit. Milites quidem fregerūt crura alterius qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum aūt cum veniſſent: nō fregerūt eius crura. Ex alia pte hylarius. x. de trinitate dicit. Unigenitus dei fili⁹ ad pagēdū mortis ſue ſacramentū: cōſumaſſe

in ſe omne humanarū genus paſſionū teſtat̄.cū inclinato capite emiſit ſpiritū. Hāc queſtionē doctores ſoluendo dant primo diſtinctionē de paſſionib⁹ interiobus ꝛ exterioribus: dicentes ꝙ paſſiones interiores: puta egritudines non decuit xp̄m pati quia defectuū et paſſionū quedā repugnāt perfectiōi ſciētie et gratie ſicut ignorātia et pronitas ad malū difficultaſq; ad bonū. ꝛ hi in xp̄o defectus eſſe nō potuerunt. Sunt et alij qui cōiter nō conſecuntur tantā humanā naturā propter peccatū primi parentis. ſed cauſantur in aliquibus hoībus ex quibuſdam particularibus cauſis. ſicut lepra. morbus caducus ꝛ huiuſmodi qui cauſant̄ Quandoq; ex inordinato victu. Quādoq; ex defectu virtutis formatiue: quorū neutrū cōtinet xp̄us: quia caro eius de ſpiritu ſancto cōcepta eſt et in regimine vite deficere nō poterat. Sunt alij defectus comunes oībus hoīb⁹ ꝓpter peccatū primi parentis. ſicut mors fames et ſitis et huiuſmōi: et hos xp̄us ſuſcepit. Paſſiones aūt exteriores. vꝫ ab extrinſeco illatas: dicunt aliqui ꝙ xp̄s generaliter oēs acceperit nō ſm̄ veritatē. i. vt ita ſit realiter: quia multe paſſiones ꝯtrariantur ſicut cōbuſtio in igne et ſuffocatio in aqua: ſed ſm̄ equalitatē. Et ſic intelligunt̄ verba ꝓphete in pſal. Omnes fluctus tuos induxiſti ſup me. Concordat bona. in. iij. Aliqui tamē dicūt ꝙ xp̄m pati oēm paſſionē extrinſecus cauſatā tripliciter cōſiderari poteſt. Uno modo ex parte hoīm. paſſus eſt eni a gētibus ꝛ a iudeis: et a maſculis: et a feminis vt patet de ancillis accuſantibus petrū. paſſus a ꝑncipib⁹ ꝛ miniſtris et popularib⁹ ſm̄ pſal. Quare fremuerūt gētes: ꝛ ppl'i meditati ſunt inania. Aſtiterūt reges terre. ꝛ reliq̈. Paſſus eſt a familiarib⁹ ꝛ notis. patet de iuda prodente: et petro negāte. Alio modo ex parte mēbrorum. vnde ſm̄ bern. in omibus membris paſſus eſt. qui ſic ait. Caput angelicum denſitate ſpinarū pungitur. Facies pulchra pre filijs hoium ſputis iudeorū deturpatur. Oculi ſole lucidiores velant̄: et in morte caligant̄. aures qui audiunt cantus angelicos: audiunt blaſphemias iudeorū. os quod docet ſanctos angelos: felle ꝛ aceto potatur. Manus que celū formauerūt et pedes quorū ſcabellū adorat̄ q: ſanctū eſt: in cruce clauis affigunt̄ Latus lācea perforat̄. totū corpus in columpna verberatur. Quid plura? nō remanſit in eo niſi lingua: vt pro crucifixorib⁹ exoraret. Tertio modo ex parte notorū et oīm eorū in quibus homo poteſt pati. Nam paſſus eſt in ſuis amicis eū deſerentibus. in fama per blaſphemias. in honore ꝛ gloria per irriſiones ꝛ cōtumelias. in rebus: q: ſpoliatus eſt veſtibus. in aīa per triſticiā: tedium et timorē. in toto corpore per flagella. pretermittēdo fetorē loci in quo paſſus eſt. et dolorē matris qui nimis eum affligebat Unde prophā in ſcd̄a parte huius ep̄le ponit. Primo primū harū afflictionū xp̄i: et deinde ponit ſuppliciū. ponēs primū dicit. Et aſcendit. vꝫ de matre naſcendo. cū alij de matre naſcant̄ deſcendendo. ſicut virgultū quod

in altum creſcit et multas virgulas continet:et ſignificat oẽs gratias ⁊ virtutes xpi.coram eo.ſ deo patre. Et ſicut radix que nõ pulchra videt̃ et tamẽ ex ea tota arboris pulchri/ tudo deriuat̃. De terra ſitienti.ſ.de matre virgine ſine humore luxurie

Scdo ponit ſuppliciũ dicẽs. Nõ eſt ſpecies ei neq̃ decor.vz tem/ pore paſſionis: et loquit̃ de futuro: ſicut de preſenti more ꝓpharũ:⁊ vi dimus eum et nõ erat aſpectus. Et deſiderauim⁹ eũ ſm illud aggei.ij. dicẽdo. Ueniet deſideratus cũctis gentibus. Et tamen vidimus eum cõtra dignitatẽ ſuaz deſpectũ.et no uiſſimũ virorũ.i.vltimũ. Contra ꝓ ſperitatẽ ſuã virũ dolorũ. vz dolori bus plenũ.contra poteſtatẽ vidim⁹ eũ ſcientẽ infirmitatẽ.vz per expien tiam. Et quaſi abſconditus vultus eius ſanguine et ſputis iudeorũ et deſpectus. vnde nec reputauimus eum.i.honorẽ ei nõ fecimus. Hinc eſaias.j.cõquerit̃ dicẽs. Cognouit bos poſſeſorem ſuũ; et azinus pre/ ſepe dñi ſui. iſrael aũt nõ cognouit me. Uere languores noſtros ipſe tu lit et dolores noſtros ipſe portauit. quaſi dicat. Nõ pro ſe:quia iuſtiſſi mus fuit. ſed pro nobis peccatori/ bus tanta ſuſtinuit. Et nos loquen do in perſona inimicorũ et ignorã tium:putauimus eũ quaſi leproſuz Et ſemp hic quaſi eſt nota expreſſio nis non ſimilitudinis:⁊ percuſſum a deo ꝓpter pctã nr̃a:et humiliatũ O igitur dulciſſime ieſu quot paſſi ones ſuſtinuiſti.ſed de his ſatis.

## ℭ Queſtio tertia de paſſionis chri ſti fructificatione.

q Ueritur a doctoribus de fructificatõe paſſiõis xpi vz quot fructus cõſecuta eſt humana generatio p xpi paſſionẽ. Et dicũt ꝙ plurimos de quibus aliquos dicemus. quoꝝ

Primus di: de poteſtate diaboli li beratio. Cũ ioh. xij.deſcriptũ ſit:ꝙ dñs tpe ſue paſſiõis dixit. Nũc prin ceps huius mundi eijciet̃ foras. Et ioh.xiiij. Uenit eni princeps huius mundi et in me nõ habet quicquaz xxiij.q.viij.§. Sed notãdũ.de pen. di.ij. Si eni. Scdus di: cum deo re/ conciliatio. vnde apl's ad roma.v. Recõciliati ſumus deo per mortẽz filij eius. Tertius dicit̃ ab immũdi tia peccati lauatio. hinc apoc.j.ſcri ptuz eſt. Dilexit nos et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.et nõ ſolũ lauit nos a peccato.ſed etiã a pena peccati. vnde in ſuperiorib⁹ epl'e dictũ eſt. Uere languores no/ ſtros ipſe tulit: et dolores nr̃os ipſe portauit. Et confirmat̃ per tertiam partem preſentis epiſtole que dicit Ipſe autẽ vulneratus eſt ꝓpter ini/ quitates noſtras attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis ſu/ per eum.et liuore eius ſanati ſumus Omnes nos quaſi oues errauim⁹ vnuſquiſq̃ in viã ſuam.vz prauam declinauit.vnde in pſal. Oẽs decli nauerunt. Et dñs.i.trinitas poſuit in eo.vz in copore ſuo:iniquitates omniũ noſtrũ. Oblatus eſt q: ipſe voluit:et nõ aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionẽ ducetur. Et qua ſi agnus corã tondente ſe obmute/ ſcet:et nõ aperiet os ſuum.de angu ſtia vz paſſionis.⁊ de iudicio ſubla tus eſt.ſ. per potentiã diuinã in re/

ſurrectione. cetera p̄dicta ſuperius ſunt expoſita. Generationem eius quis enarrabit: quaſi dicat nullus. quia filius dei eſt: cuius potentia glorificatus eſt. Qui.ſ.ꝑpter humilitatē ſuā abſciſſus eſt. vꝫ per mortē a iudeis de terra viuentiū.i. de hoc mundo. propter ſcelus ppl'i mei: et loquit deus trinitas: percuſſi eum: et dabit impios pro ſepultura vꝫ iudeos qui fecerunt cuſtodire ſepulchrum. et diuites eorū iudeorū pro morte xp̄i: in manus romanorū ſimple. Eo ꝙ iniquitatē nō fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius. Et dn̄s trinitas voluit ꝯterere eū in infirmitate.ſ.carnis. Quare ſi pro q: poſuerit pro peccato.ſ. ade animaꝫ ſuā.i.vitā videbit ſemē longeuū.i. filios ſpirituales vſqꝫ ad diē iudicij Ecce fructus paſſionis xp̄i. Et voluntas dn̄i puta de ſanctificatione hoīum: vſqꝫ ad illū diē. Juxta illud pauli ad thi.iiij. hec eſt volūtas dei ſanctificatio vr̄a. in manu.i. in ope eius.ſ.xp̄i. dirigetur.i. totaliter implebitur: pro eo qḋ tradidit in mortem ſ.ſponte animā ſuā. vꝫ vitā. Et cuꝫ ſceleratis latronib⁹ reputatus eſt ⁊ ipſe peccata multorꝫ tulit. et ꝓ trāſgreſſoribus orauit vt nō perirēt. ſicut continetur in euāgelio hodierno luce.xxij. deſcripto. O igitur glorioſa paſſio xp̄i quā neceſſitate noſtre ſalutis ſuſtinere voluit. q: cōuenientior mod⁹ ad nr̄am redeptionē nō inueniebatur: quā vndiqꝫ afflictus et generaliter doloratus aſſumpſit. ex qua fructus predicti cōſecuti ſunt ⁊ multi alij quos longū eſſet dicere: tuis meritis nobis aperire digneris ianuā paradiſi: vbi cuꝫ ipſo dei filio et patre ſuo ingenito et ſpiritu ſancto paraclito gaudere valeam⁹ imperpetuum. Amen.

¶ Feria.v. maioris hebdomade in cena dn̄i expoſitiōis epiſtole de ſacramēto euchariſtie. ſermo.xxxviij

**Conuenien**tibus vobis in vnū iā non eſt dn̄icam cenam manducare. j.ad corinthi.xj. hec verba ſcribunt ⁊ notant Pro exordio huius ſermonis hodierne ſolennitatis a doctorib⁹ queritur. Utrū ſacramentū euchariſtie couenienter inſtitutum deberet ſumi a ieiunis? Et breuit dicūt ꝙ ſic et ratio eſt quia ſicut aie vegetatiue que eſt formale principiū naturalis vite generabiliū ⁊ corruptibiliū de⁹ indidit potētiā generatiuā per quā res viuens efficit. augmentiuā per quā genitū augmentat et roborat. et nutritiuā per quā nutritur ⁊ in eſſe ꝯſeruatur q̄zdiu viuit. Unde ſm ſententiā phi.ij. tho. Animalia ſp nutriunt aliquo. A ſimili cōuenīēs fuit deū iter ſacramenta inſtituere tria ꝑ quorꝫ vnū aia efficiat viuens vita ſpūali. et hoc eſt ſacramentum baptiſmi. Et aliud per qḋ in viuēte ſpiritualiter vita ſpūalis augeat et roboret. et hoc eſt ſacramentuꝫ euchariſtie. Ergo cū ſumptione eius viuens indigeat. neceſſe eſt ipſum accipere ſm rationabilē inſtitutionem eccl'ie: ſm quā nō debet ſūmi niſi a ieiuno: ieiunio nature qḋ dr a priuatione cuiuſlibet alimenti. Et hoc inſtitutū eſt ꝑpter reuerētiā ſacramenti vt oſtendat ꝙ ſumens

illud rei contente in hoc ſacramēto ſup omnia debet vniri. Hinc de cō ſecra. di. ij. liquido. et ſunt verba aug. que etiā verba ponit magiſter ſentētiarum. di. viij. iiij. cap. Placuit inquit ſpiritui ſancto vt in honore tanti ſacramenti prius in os xpiani dominicū corpus intret q̄ȝ exteriores cibi. p̄terq̄ȝ in mortis periculo. Nec tamē etiā obſtat ſi cōicaturus ob reuerentiā ſacramenti lauādo os ſuū aque guttā inaduertenter deglutiat. Nec etiā obſtat ſi nō dormierit in nocte. ſufficit ei q̄d digeſtū ſit: quod ſumpſit in ſero. ſiue comederit vel biberit obligatus ad officiū dicto matutino. ſi ſumeret poſt matutinū. i. poſt mediā nocte quāuis modicū: comunicare nō debet: quia ſic ſeruat cōſuetudo approbata que eſt optima legū interpres. extra de cōſuetu. Cū dilectus. Et patet per apl'um in verbis ꝓpoſitis. in qubus corinthijs: qui poſt cibum ita corpus dn̄icum ſumebant ait. Conuenientibus vobis in vnū ſupple ad manducandū. Jam non eſt dn̄icam cenam manducare. vȝ corpus dn̄icuȝ ſumere: que ſunt verba p̄ntis ep̄l'e declarāda. ¶ Jn qua tres vtiles queruntur queſtiones.

Prima eſt de hu9 ſacramēti ſumptionis priuatiōe. in pricipio. Secunda eſt de eiuſdem ſacramenti inſtitutionis modificatiōe. ibi. Ego eni accepi a dn̄o. Tertia eſt de eiuſdem ſacramenti ſumptionis cōditione. ibi. ꝓbet aūt ſeip̄m homo.

¶ Queſtio prima de huius ſacramenti ſumptionis priuatiōe. vȝ qui non debēt accipere hoc dominicū ſacramentum.

q Ueritur a doctoribus qui non debent accipere hoc dn̄icum ſacramentū ⁊ accipiendo mortaliter peccant. Et dicunt ꝙ multi. Primo modo exiſtēs in peccato mortali iā comiſſo vel eſſe in ꝓpoſito aliud cōmittendi: ⁊ hoc ꝓpter reuerentiā ſacramenti. et q: eſt trāſgreſſor eccl'iaſtici precepti. vn̄ de ꝯſe. di. ij. nihil ſcriptū eſt Nihil in ſacrificijs mai9 eſſe poteſt q̄ȝ corpus et ſanguis xp̄i nec vlla oblatio hac potior eſt: ſed hec oēs precellit: que pura conſciētia dn̄o offerenda eſt ⁊ pura mente ſumenda. Qui aūt ſcd̄m veritatem non eſt in peccato mortali credit tn̄ eſſe: ſi cū tali conſcientia hoc ſacramētū ſuſcipit: mortaliter peccat q: eſt reuerentie debite ſacramento cōtemptor. Qui aūt eſt in mortali peccato ⁊ nō credit: tūc aut hoc prouenit ex omiſſione debite diligētie cōſcientiam examinādo. ⁊ ſic ſumēdo eadeȝ rōne peccat mortaliter: licet nō ita grauius ſicut prius. aut hoc non ꝓuenit ex omiſſione debite diligentie: quā homo tenet adhibere Sed q: de lege communi nemo poteſt eē cert9: vtrū peniteat digne iuxta illd̄ eccl'. ix. Nemo ſcit vtꝝ odio an amore dignus ſit: ideo ſic cōmunicans nō mortaliter peccat. Aliter q̄ncūq̄ȝ homo hoc ſacramētū ſuſciperet ſe periculo mortalis pc̄i exponeret quod falſum eſt. Secūdo cōtritus non ꝯfeſſus de peccato mortali: ſi habet copiā ſacerdotis idonei ⁊ tp̄s conueniens ad confitendū et loquelam liberā et ſcandalū nō imineat pſone ſue aut ppl'o: qui iā incepit velle ſumere. in his caſibus po/

teſt accipere cũ propoſito cõfitendi aliter ſumendo mortaliter peccat: quia hoc corpus ſuſcipiens tenetur recõciliari deo et eccl'ie. vnde Richa. de poteſtate ligandi ⁊ ſoluẽdi. c. xxj dicit Si añ ſacerdotis abſolutionẽ crimĩnoſus ad cõmunionẽ corpis xp̃i accedit: ꝓ certo ſibi iudiciũ mã ducat ⁊ bibit. Tertio pollutus nocturna pollutione: que prouenit ex crapula vel inmũda cogitatiõe que preceſſit in vigilia: que crapula vel cogitatio pctã mortalia fuerunt vel probabiliter dubiũ eſt vtrũ fuerint q: aliter pollutio non prohibet niſi de ꝯgruitate. ⁊ hec probanť. di. vj. ca. Teſtamenti. quãuis propter dubiũ tutius eſſet abſtinere ſi fieri poſſet ſine ſcãdalo: ſecus ſi ꝓueniret ex infirmitate. Et hoc fit q: pollutio minuit reuerentiã ⁊ dimittit in polluto quãdã indeuotionẽ. Quarto puer qui non habet decẽ adminus annos ⁊ diſcretionẽ vt diſcernat inter panem ⁊ panẽ: ⁊ deuotionẽ De etate patet ꝑ oẽs doctores qui dicũt ꝙ adminus cõmunicaturus debet eſſe decẽ vel vndeci annorũ. verum hoc nõ ſufficit in aliquibus ſimplicibus. Et ideo requiritur diſcretio. vnde glo. in ca. Omnes. de peni. ⁊ re. dicit. cum eſt doli capax. Item requiriť deuotio: quia de cõſe. di. ij. Nos autẽ: augu. dicit Nos aũt ſub ſpecie panis: ⁊ vini quã videm⁹ res inuiſibiles. i. carnẽ xp̃i ⁊ ſanguinez honoram⁹. Quinto furioſus: q tñ anteꝗ̃ intrauit furiam hoc ſacramẽtum in debito ſtatu petijt ſibi: poſtea in furia dari poteſt. niſi ꝓbabiliter timeať ꝙ illud proijceret vel aliquã irreuerentiã faceret ſacramẽto

Sexto interdictus: ſuſpenſus: ⁊ excõmunicat⁹ etiã iiuſte: ab hoc ſacramento excluditur. q: cauſa propter quã aliquis interdiciť ſuſpenditur: vel excõmunicať derogat realiter vel ſcđm iudiciũ fori exterioris vnitati eccleſie que eſt corpus xp̃i miſticum: quod eſt res per hoc ſacramentum ſignificata: nõ tamẽ ſub ſacramento contẽta. Septimo notorie infamatus vt hyſtrio. incantator meretrix. leno. luſor. vſurarius. fornicator. adulter. partialis. homicida. ⁊ ſic de ſimilibus: quãuis homz quilibet ſit ꝯtritus ⁊ in ꝯtritione cõfeſſus niſi neceſſitas imineat nõ debet ſtatim cõmunionẽ accipere: ſed de cõſilio proprij ſacerdotis per aliquod tp̃s abſtinere: vt patet in p̃allegato ca. Omẽs. Et hoc fit ꝓpter tria. Primo propter euitationẽ ſcãdali. Secũdo propter probationẽ cõuerſi Tertio propter reuerentiã ſacramenti. Patricida ⁊ mr̃icida ꝑ tres annos abſtinere debet a cõmunione. xxxiij. q. ij. ca. latorẽ. Sacrilegus qui eccl'iam ſcandaliſauit: ſicut fuit quidã burgandus noĩe ꝑ quattuor annos a cõmunione ceſſare debet. xij. q. ij. c. de vtero. vxoricida debet abſtinere vſq; ad finẽ vite: qñ eſt maxime notorius. xxxiij. q. ij. cap̃. Amore. verũ cũ his diſpenſare poteſt ep̃us. feruida penitentia mediante. Octauo obſtinatus ⁊ impenitens. quia dicit ap̃lus in hac ep'la: probet ſeip̃m homo et ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enĩ manducat ⁊ bibit indigne iudiciuz ſibi mãducat ⁊ bibit: quãuis hoc ſacramentũ dandũ ſit oĩbus vere penitẽtibus in ſine vite. extra de rap.

c. Sup eo. ij. di. penitentes. xxvj. q. vj. ca. Si quis. Nono et vltimo in deuotis qui irreuerenter ſine diſcretione et deuotione ſacramentū pertractāt. His omibus concordat ſe Alex. de ales Bona. tho. et richar. in. iiij. di. ij. et his que dicta ſūt in ꝓlogo. di. viij. Huiuſmodi erat ppl's corinthius cui dicit apl's in prima pte hui⁹ ep'le. Cōueniētibus vobis in vnū. vz in eccl'ia. iam non eſt dominicā cenā manducare. vz nō debetis ſacramentū dominicū accipe Tum ꝓpter pctm̄ irreuerentieq; inter prandia vel poſt eucbariſtiā ſumitis. Tum propter pctm̄ crapule: quia aliqui inebriabant. Tum propter pcm̄ diſcordie quia diuites pauperibus non cōmunicabāt. vnde ſequitur. vnuquiſq; eni ſuā cenā preſumit ad manducandū. ecce irreuerentia q; prius alios cibos manducabant. et alius quidem eſurit: alius aūt ebrius eſt. ecce crapula et diſcordia. nūquid domos nō habetis ad manducandū et bibendū aut eccleſiaz dei ꝯtempnitis et confunditis eos qui nō habent. quid dicā vobis laudo vos. ſ. in alijs bonis: in hoc non laudo. O mirabilis ergo reuerentia ſacramenti. ſed de his ſatis.

¶ Secunda queſtio de huius ſacramenti inſtitutione. vz quō inſtitutū eſt hoc ſacramentū digniſſimū.

q Uerit a doctoribus quomodo inſtitutū eſt hoc digniſſimū ſacramentū. Et dicunt de cōmuni intentione ꝙ fuit inſtitutū a dño nouem circūſtantijs mediantibus: quarū Prima fuit oculorū eleuatio ſicut in canone continetur. vbi dicitur Eleuatis oculis in celū. Et ideo cōmunicātes illud pſal. dicāt Oculi mei ſemper ad dn̄m. Alia circūſtātia fuit gratiarū actio. vnde apl's in ſcda parte preſentis ep'le dicit. Ego enim accepi a dño. vz per reuelationem. iuxta illud ad Gala. j. Non dici ab homie euangeliū. ſed per reuelationem ieſu xp̄i quod tradidi vobis. videlicet de hoc ſacramēto Qm̄ dn̄s ieſus in qua nocte tradebatur accepit panem ad inſtituēdū ſ. hoc ſacramentū: et gratias agēs. Hinc ad theſſalo. v. dicit In oibus gratias agite. Tertia circūſtantia fuit bn̄dictio: quia in canone dicit: Benedixit. Et ideo cōmunicās dicat illud pſal. Benedicam dn̄m in omni tpe. Quarta fuit panis diuiſio: quia apl'us infert vbi ſ. fregit Nam cōmunicaturo. eſa. lviij. dicit Frange eſurienti panē tuū. Quinta fuit liberalis donatio: vñ infert. et dixit Accipite et māducate. quia et ſi in oibus eccleſiaſticis ſpecialius tm̄ in hoc ſacramēto vitanda eſt ſymonia. ne forte dicat committenti eā. illud actuū. viij. pecunia tua tecū ſit in perditionē. Sexta circūſtātia fuit recordatio. quia infert. Hoc eſt corpus meū quod pro vobis tradet hoc facite in meā cōmemorationē Septima fuit mirabilis ſignificatio. Nam ideo xp̄s dedit hoc ſacramentum nō ſolū in cibū ſed etiā in potum ſub ſpecie panis et vini: vt oſtenderet totam naturā humanā ſpm aſſumpſiſſe: vt totā redimeret ſicut dicit magiſter in. iiij. di. xj. ca. Sed quare. hinc apl's ait Similiter et calicē poſtq̄ cenauit dicens. hic

tuus es. Uiceſimatertia eſt ſapien
tie: quia tā ſtulte iudei verā ſapien/

ſtiam peremerũt. Ultima eſt ſcriptu re: que danielis. xij. dicit Innocen/ tem ⁊ iuſtũ non interficies: ⁊ tñ tu fi li mi innocens vt iã dixi interfectus es. O fili mi miſericordia ſ̃ra vt dicit ep̃la hodierna. vꝫ tui p̃ris: et tua fili mi ⁊ ſp̃ũſſancti quaſi nubes matuti na. Et quaſi ros mane ꝑtranſiens fuit in cordibus iudeorũ: q: ſicut nu bes ⁊ ros adueniẽte ſole euaneſcũt ſic beneficia v̄ra in cordibus iudeo rum perierũt. vñ ſequit̃ tertia pars propter hoc dolui in ꝓphetis mala iudeis cominando Et iuſticia mea quaſi lux egedie᷑. vꝫ in tp̃e ſuo. q: ſ. non miſericordiã volo ⁊ non ſacrifi ciũ: ⁊ ſcientiã dei. vꝫ legis que prece pit vt iuſtus nõ interficiatur: pluſq̃ꝫ holocauſta que faciebãt iudei. O fili mi bñdicte qs dabit capiti meo aquã: ⁊ oculis meis fontẽ lachryma rum ⁊ plorabo dolorẽ tuũ acerbiſſi mũ. qui omnes alios dolores decẽ rationibus ſuperauit. vt in exordio huius tue deſcripte paſſionis oſten ſum eſt ⁊ demonſtratũ. Quẽ vigin/ ti quatuor occaſionib⁹ fili mi amã tiſſime ſuſtinere voluiſti: vt in ꝓma parte fuit exaratũ. O lumẽ oculorũ meorum. O decus omniũ rerũ. O ſplendor oium virtutũ qui pro ſalu te omniuꝫ: vigintiquattuor afflicti ones ſuꝑ tuũ corpus precioſiſſimũ ſupportaſti. vt in ſc̃da parte eſt de/ claratũ. Et a quattuor euangeliſtis ſed potiſſimũ a iohãne. xviij. et de/ inceps eſt deſcriptum. His viginti quattuor lamentationibus breuiſſi me paſſiorũ norma flagellũ tuũ eſt deploratũ. Fac obſecro omnes tuã paſſionem deplorantes tuũ habere conſortium. Qui cũ patre ⁊ ſpiritu ſancto nũc glorioſe conregnas et conregnabis per infinita ſecula ſe/ culorum. Amen.

¶ Sabbato ſancto expoſitiõis epi ſtole de preparatione ſumpturi eu/ chariſtiam. Sermo. xl.

ſ **I conſurre** xiſtis cum x̃po que ſur ſũ ſunt querite vbi x̃ps eſt in dextera dei ſedẽs ad collo. iij. ca. hec verba ſcribũtur Pro exordio hui⁹ ſermonis: in quo dicturi ſumus de preparatione ſu/ mende euchariſtie. a doctoribus queritur. Utrũ adſumptionẽ ſacra menti euchariſtie preexigi᷑ ſacra/ mentũ baptiſmi. Et dicunt q᷑ ſic q: baptiſmus eſt principiũ ſpiritualis vite ⁊ ianua ſacramentorum. vñ ſicͭ aĩa vegetatiua que ẽ formale ꝓnci/ piũ naturalis vite generabiliũ ⁊ cor ruptibiliũ nõ adminiſtrat alicui rei viuenti potẽtiã nutritiuã: niſi prius admiſtraret potentiã genaratiuã ꝑ quã res viuẽs efficitur ⁊ augmẽta/ tiuam per quã genitũ augmenta᷑ ⁊ roboratur. ſic quodãmodo a ſimili eccleſia nõ decenter adminiſtra᷑ ſa cramentũ euchariſtie: per quod vi/ uens ſpũaliter perficitur niſi prius adminiſtrat ſacramentũ baptiſmi per quod aĩa efficitur viuens vita ſpirituali: ⁊ etiã ſacramentũ confir/ matiõis ꝑ quod ſic ſpũaliter viuẽs augetur ⁊ roboratur. Concordat ſc Richar. in. iiij. di. viij. ⁊ ſc̃us Tho. in. iij. parte. q. lxxiij. ar. iij. Ueruntñ vt tactũ fuit quinta feria in prima parte ſermonis nõ omni baptizato tradẽda eſt euchariſtia niſi habeat

ↄditiones que in illo ſermōe deſcripte breuiter fuerunt. Nec obſtat qd dionifius dicit de angl'. Jerar. c.ij. vz baptizatis eſſe cōmunionē dandam. q: loquitur dionifius ibi de baptiſmo adultorū. Nec pueri baptizati ſine cōmunione aliquod detrimentū vite ſpiritualis patiunt propter illud qd Joh. vj. dicit Niſi māducaueritis carnē filij hominis ꝛ biberitis eius ſanguinē nō habebitis vitam in vobis. Quia augu. ſcribit bonifacio dicens. Tūc vnuſquiſqꝫ fideliū corporis ꝛ ſanguinis dn̄i particeps fit. ſ. ſpiritualiter: qn̄ in baptiſmate membrum xp̄i efficitur. Propter ergo hec dicta ait apl's in principio huius ep'le. Si conſurrexiſtis cum xp̄o. i. ad ſimilitudinē xp̄i qui ſurrexit a morte vere: ad vitā glorie ꝛ vos per ſacramentum baptiſmi a morte culpe: que ſurſum ſunt querite p preparationē eucharistie ad vitam gratie. In qua quidē ep'la more ſolito tres vtiles querunt queſtiones. Prima eſt de ſctitatis fundamento. vz que requirit ad ſumptionem huius ſacramēti. in principio. Alia eſt de ſanctitatis argumento ibi. Que ſurſum ſunt querite. Tertia eſt de ſanctitatis complemento ibi. Cum autē chriſtus apparuerit.

¶ Queſtio prima de fundamento ſanctitatis que requiritur ad ſumptionē ſacramenti eucharistie.

Q Uerit a doctoribus que ſanctitas requiratur ad ſumptionē ſacramenti eucharistie vel ſctiſſime cōmunionis. Et dicunt quod reſurrectio xp̄i fuit imago ꝛ plena certitudo noſtre reſurrectionis nō ſolum quantū ad corpa: ſꝫ etiā quantū ad ſpūs. vn̄ de p̄mo paulus. j. ad corin. xv. dicit. Si xp̄s reſurrexit ꝛ mortui reſurgent. ꝛ infra. xp̄us reſurrexit a mortuis primitie dormientiū. Hinc apoc. j. chriſtus dicit p̄mogenitus mortuoꝝ. De ſcdo aūt dicit paulus ad Roma. iij. Traditus eſt propter delicta. glo. ſupple auferenda. et reſurrexit ꝑpter iuſtificationes. glo. ſuple exemplādas. Et ideo ſumpturus cōmunionem ad exemplū xp̄i a multis debet reſurgere. Primo q: chriſtus ſurrexit a ſepulchro: ꝛ ſumpturus cōmunionē debet reſurgere a peccato. xp̄s aūt ſepulchro clauſo manente: ꝛ ſumpturus cōmunionē pctm̄ penitentia terminante. iuxta illud Ambro. penitētia eſt cōmiſſa mala plangere ꝛ plangēda iterū nō comittere. de peni. di. iij. circa principiū. Secundo xp̄s ſurrexit ab inferno: ꝛ ſumpturus cōmunionē debet reſurgere ab ignis luxurie baratro: in cuius myſteriū. exo. xij. dicit Renes vr̄os accingetis. Et luc. xij Sint lūbi vri p̄cinti. vbi Gre. lūbos tūc p̄cingimus cū carnis luxuriā p ↄtinentiā coartamus Tertio chriſtus ſurrexit a ligamento. et ſumpturus cōmunionez a reſtitutionis vinculo. Nam extra de re. iu. c. peccatū li. vj. dicitur. Nō dimittit pcm̄ niſi reſtituatur ablatum. Quarto xp̄s reſurrexit a ſudario. et ſumpturus cōmunionē ab odio. Hinc exo. xij. manducaturi agnū debebāt habere calciamēta in pedibus. Quid per calciamēta in pedibus niſi charitas in nr̄is affectibus deſignatur qua etiā inimicos diligere debem⁹

iuxta illud math.v. Diligite inimi/
cos veſtros.de pe.di.iij.§.illud.Et
hoc voluit dicere paulus in prima
parte preſentis epiſtole.ſi pro quia
conſurrexiſtis cum chriſto. his.vʒ
quattuor modis qui dicti ſunt. ſed
ad alia dicenda tranſeamus.

¶ Queſtio ſcda de argumento ſan
ctiatis quo cognoſcit qui digne ſu
ſcipit ſanctiſſimā cōmunionē.

Q Uerit a doctoribus que
ſunt ſigna euidentia ꝛ ar
gumēta certiſſima digne
cōmunionis. Et dicunt
ſcdm ſententiā pauli in hac ſecūda
parte preſentis ep̄le ꝙ ſūt quattuor
Primū quorum dicit operationis
Nam vt dicit idē btūs ap̄lus.j.ad
corin.xiij. Charitas non eſt ocioſa
Charitas nūquā excidit. de pe.di.
ij.Charitas.ꝛ grego.ait.Charitas
operatur magna ſi eſt. vnde in hac
ſcda parte ep̄le ap̄lus dicit Que ſur
ſum ſunt querite: vbi xp̄us eſt in de
xtera dei ſedens. vʒ bona potiora
ſingulariter poſſidēs. Aliud ſignū
dicitur deuotionis in audiendo lo
quendo ꝛ guſtādo de deo: qm̄ ioh.
viij.ſcriptum eſt.Qui eſt deo verba
dei audit.ꝛ math.xij. Bonꝰ homo
de bono theſauro cordis ſui profert
bona.Et dauid in pſal.dicit Guſta
te ꝛ videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s. vnde
paulus infert Que ſurſum ſunt ſapi
te:non que ſuper terrā. Tertium ſi
gnū dicitur dilectionis. vn̄ math.
xxij. magiſter in lege petijt a ieſu.
Quod eſt magnū mandatū in lege
Et dn̄s ad eum. In lege quid legis.
At ille.diliges dn̄m deum tuū ex to
to corde tuo ꝛ reliqua. Aliud eſt ſi/
mile huic. Diliges proximū tuū ſi/
cut teipſum. In his ergo duobus
mandatis tota lex pendet ꝛ prophe
Et hec quidē dilectio cum peccato
mortali ſtare non poteſt.vn̄ paulus
dicit.mortui enī eſtis.ſ.pctō ſi ſuple
conſurrexiſtis cū xp̄o. q: ad Gala.
vj.dicitur.Qui xp̄i ſunt carnē ſuam
crucifixerunt cū vitijs ꝛ cōcupiſcen
tijs. Ergo ſi cōſurrexiſtis nō ſolum
eſtis mortui per crucifixionē: veruʒ
etiā in vitijs per dilectionē que eſt
vita aīe. Et ideo vita noſtra abſcō/
dita eſt cū xp̄o. Quia xp̄s eſt cauſa
effectiua ꝛ obiectiua: vitā gl̄ioſam
noſtram terminās que nunc iuxta
eſa.xlj. dicitur abſcondita. Et qm̄
xp̄us non inquantū homo eſt ob/
iectum principale beatificuʒ: ſed in
quantū deus.iccirco ap̄lus addidit
In deo. Quartū ꝛ vltimū ſignum
dicit deteſtationis. vʒ peccati quia
in deo pctm̄ eſſe non poteſt. Et qui
vult digne cōmunicare non debet
habere pctm̄ in ꝓpoſito.ideo ap̄ls
etiā dicit. In deo. Nā ſic beati pec/
care nō poſſunt. Ita ꝛ cōmunicatu
ri quantum ad eorum voluntatem
firmū propoſitum amplius nō pec/
candi habere debent.

¶ Queſtio tertia de ſanctitatis cō/
cōplemēto. vʒ qui ſunt fructꝰ huius
ſancte cōmunionis

Q Ueritur a doctoribus de
ſanctitatis complemento
huius ſancte cōmunionis
vʒ qui ſunt fructus eiꝰ co/
grue et quantū fieri poteſt digne re
ceptionis. Et quātis doctor Rich.
in.iiij.di.ix.arti.j.q.ij.dicat ꝙ ſunt
xij. q ſunt.xij.fructꝰ ligni vite apoc.

vltimo.tñ nos volentes ſequi textũ ep̃le cuius explanationẽ facimus. de illis duodecim.alias tractando in penitẽtiarũ de quatuor dicemus q̃m ſic xp̃s reſurrexit ab obſcurita/te ad claritatẽ: a ponderoſitate ad agilitatẽ:a mortalitate ad impaſſi/bilitatẽ . ita ad inſtar p̃dicatorũ:di gne quãtũ in ſe eſt cõmunionẽ acci piẽtes quatuor fructus cõſequitur. Primus quorũ dicit̃ cõuerſatiõis claritatis q̃m qui ante comunionẽ inhoneſte cõuerſabat̃ in pp̃lo poſt comunionẽ honeſte quantum fieri poteſt cõuerſari debet corã hoibus et deo attendẽs q̃d math.v.ſcriptũ eſt.luceat lux veſtra corã hoibus vt videant opera v̄ra bona et glorifi/cent patrẽ veſtrũ qui in celis eſt . ex qua clara cõuerſatione poſt reſurre ctionem dotẽ claritatis habebit:de qua math.iiij.d̃.Fulgebunt iuſti ſi cut ſol in regno patris eorũ. Alius fructus dicit̃ cognitionis ſubtilita/tis:nã qui retroacto t̃pe ſic viuebat vt paulus.j.ad corith.ij.dicit. Ani/malis homo nõ percipit ea que dei ſunt:comunione ſumpta illuminã/tur adeo virtute comunionis ipſi/us q̃ cognoſcere incipit fallacias mundi:inquinamenta carnis: ⁊ ſer pentis aſtutiã: et ampilius ruere et decipi nõ timet:ſed cũ propha dicit Dñs illuminatio mea:⁊ ſalus mea quem timebo.Ex qua ſalutifera co gnitiõe poſt reſurrectionẽ habebit dotem ſubtilitatis p̄ actiue virtutis magnitudinẽ adeo q̃ multũ effica/tius igne vel aere poterit penetra/re ſicut dicit anſelm⁹.in li.de ſimili tudinibus. Tertius d̃ executiõis agilitatis.Nã ex virtute comuniõis homo promptus efficit̃ ad bonum et qui ante ad bene operandũ diffi cilẽ habebat aditũ poſt eum bona voluntas nõ ducit in vitã. quia cuz propha.dicit.dñs p̃tector vite mee apud trepidabo. Nã ex virtute co/muniõis ita efficit̃ agilis vt poſt re ſurrectionẽ : ſm aug.de ciui.dei li. xxij.c.iij.vbi volet ſp̃us:ibi erit pro/tinus et corpus. Quartus ⁊ vltim⁹ fructus d̃ corruptionis impaſſibi/litatis.quia vt paulus ait ad gal.v. Caro cõcupiſcit ad verſus ſpm̃: ſed virtute comuniõis digne ſuſcepte refrenat̃ luxus carnis et ita ſpiritus efficit̃ ſerua:vt ipſe deus illud geñ. xvj.ſp̃ui dicat. Ecce ãcilla in manu tua eſt : vtere ea vt libet.ex cuius ſer uitute homo poſt reſurrectionẽ ha bebit dotẽ impaſſibilitatis . Unde aug.ad dioſcoꝝ dicit. Tam poten/ter fecit deus aiam vt ex eius plena felicitate redundet in corpus ſani/tas perpetua.Et hoc eſt q̃ paulus ait.j.ad corinth.xv . Opportet eni corruptibile hoc induere incorru/ptionem ⁊ mortale hoc induere im mortalitatẽ. Sed quãdo? audiam⁹ ipſum in tertia parte p̃ntis ep̃le di/centẽ.Cum eni xp̃us apparuerit vi ta v̄ra.v3 in iudicio tũc et vos cum ipſo apparebitis: ſuple ſic beati vir tute comunionis in gloria. O igi/tur ſanctiſſimũ corp⁹ domini quod maria magdalena et altera maria cupiebant in ſepulchro inuenire vt dicit euangelium hodiernũ math. xxviij.de ſcriptum.quod baptizatis tantum eſt dandum. O ſacramen/tum mirabile : quod ſine peccato mortali ſine igne luxurie:ſine odio ſine obligatione reſtitutionis rerũ

vel nois eſt ſumendum. O viaticū
ſecuriſſimum cuius ſumptio digna
cognoſcitur ſigno operationis ſi-
gno deuotionis: ſigno dilectionis
et ſigno deteſtationis. Beati qui
te digne ſuſcipiūt: beati qui te q̄tū
poſſunt diligunt: beati qui tibi obe
diūt et ſeruiūt: q: tibi ſuire regna
re eſt. fac tibi deuotis et humiliter
et deuote te ſumentibus gratiaȝ in
te perſeuerandi et tandē maieſtate
tua fruēdi. Qui viuis et regnas in
ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria ſecūda paſce expoſitionis
epiſtole de meſſia in lege promiſſo
Sermo quadrageſimus primus.

ſ **Tās petrus**
in medio plebis dixit.
viri frēs vos ſcitis qđ
factum eſt verbum per
vniuerſam iudeā. Math. x. ca. hec
verba ſcribuntur. Pro exordio hu
ius ſermonis in quo dicturi ſum⁹
de meſſia in lege et pphis pmiſſo
diligenter queritur a doctoribus.
Utrū per diuinas ſcripturas poſſit
probari myſterium xpi in lege ꝛ p-
phetis promiſſi iam eſſe cōpletum
Cum ipſe xps Joh. v. dicat. Scru-
tamini ſcripturas quia vos putatis
in ipſis vitam eternam habere. et
ille ſunt qui teſtimoniū perhibent
de me. Ad quod dicunt ꝙ efficati
probatione que non poteſt euitari
ſine euidenti cōditione ſaltem pre-
dicte ſcripture probari nō poſſunt.
quia licet heretici totam ſcripturaȝ
veteris et noui teſtamenti recipiāt
tamē ſm ſuos errores eam exponē
tes Aliqui negant trinitatem per-
ſonarum in diuis vt ſabelius. Aliq
negant diuinitatem in xpo vt arri⁹
Et aliqui veraȝ humanitatē vt ma
nicheus. Sed bene probari poteſt
ſm expoſitionem rationabiliorem
ipſaruȝ diuinarū ſcripturarū. quia
nunq̄ȝ rationabiliter ſic poterūt ex
poni: quin ſemper appareat ex-
poſitio fidei catholice rationabili
or. Et ſm hanc expoſitionē loqui
intēdimus in preſenti ſm quā locu
tus eſt xps. Joan. v. Et apoſtolus
petrus apoſtolus in hodierna epl'a
cuius verba propoſuimus In qua
tres vtiles queruntur queſtiones.
Prima eſt de meſſie temporis im-
pletione ꝛ terminatione. in princi-
cipio. Secunda eſt de meſſie per-
ſone cōditione. ibi. Quomodo vn-
xit eum de⁹ ſpiritu ſancto. Tertia
eſt de meſſie teſtimoniorū atteſta-
tione. ibi. Huic omnes pphe teſti-
monium perhibent.

¶ Prima queſtio de meſſie tempis
impletione et determinatione. vȝ
vtrum poſſit pbari meſſie tempus
eſſe preteritum.

q Ueritr a doctorib⁹ vtrum
poſſit pbari ſm rationa-
biliorem ſcripturarū ex-
poſitionē tempus meſſie
eſſe preteritū. Et dicūt ꝙ ſic. Pri-
mo per prophiam Jacob geñ. xlix.
que dicit. Nō auferet ſceptrū de iu-
da. nec dux de femore eius donec
veniat qui mittēdus eſt. Et ipe erit
expectatio gentium ſed iudei per-
diderunt p̄dicta. igitur. Sed iudei
itelligūt hoc de nabuchodonoſor
rege babilonis. qui ex ordinatione
diuina miſſus eſt ad deſtruendum

regnū iudeorū.iiij.Re.xxiiij. Sꝫ eorum expoſitio falſa eſt.quia poſt captiuitatē babilonicā habuerūt duces et principes. zorobabel. vꝫ Eſdrā Neemiā ⁊ duces machabeos quorum yrcarchus filius ſymonis dyadema regni ſibi impoſuit. Aliqui eorum iudeorū aliter exponunt hoc eſſe dictum de Roboam filio ſalomonis a quo receſſerunt x.tribus ⁊ adheſerunt Jeroboā filio nabath. vt.iij. Re.xij. ſcribitur quod confirmant quia vbi nos habemus. Donec veniat qui mittendus eſt. ipſi habent: donec veniat Sylo locus eſt in quo roboam .x. tribus amiſit. Sed hec rñſio falſa eſt. quia locus ille vocatur ſichem vt.iij. Re.xij patet: ⁊ eſt locus a ſylo bene remotus. Secundo hoc probat per auctoritatē agei.j.ca.dicentis. veniet deſideratus cūctis gentibus. Et ſequitur. Magna erit gloria domus nouiſſime magis ꝙ̄ prime. Per deſideratū cunctis gentibus. ſm omnes meſſias intelligitur ſꝫ gloria domus.vꝫ templi ſcd̄o edificati poſt captiuitatem maior eſſe non potuit niſi propter chriſtū quia fuit preſentatus.ibi. iuxta dictum mala. ij.ſ. Statim veniet ad templum ſanctum ſuū. Et ibidem predicauit. Nam aliter ſtatus illius temporis nihil erat reſpectu temporis ſalomonis. Tertio hoc proba tur per ſcripturam danielis.ix. dicētis. Septuaginta habdomades abreuiate ſunt ſuper populū tuum ⁊ ſuper vrbem ſanctā tuam vt cōſumetur preuaricatio.⁊ finem accipiat peccatum ⁊ deleatur iniquitas. ⁊ adducatur iuſticia ſempiterna.et impleatur viſio ⁊ pphetia ⁊ vngat ſanctus ſanctoꝝ. qui ſm oēs meſſias deſignari iudetur. Modo ſiue accipiat hebdō.pro ſeptē diebus.ſicut leuiti.xxiij.accipitur numerando.ſeptē hebdomadas a feſto paſce vſqꝫ ad penthecoſtes. ſiue pro tpe ſeptem annorum leuiti. xj. munerando ſeptē hebdomadas annorū qui faciunt annos.xlix. ⁊.l. eſt annus iubileus. i.remiſſionis. Et certum eſt ꝙ omnes doct. iſtum ſcdm modū accipiunt. tunc ſeptuaginta hebdōe: tinent annos. ccccxcix. qd̄ tempus adeo preterijt vt fatuitas ſit de hoc tpe diſputare. Quarto hoc pbat per dan̄.ij .q. declarauit viſionē nabuchodonoſor qui vidit ſtatuam magnā cuius caput erat aureum pectus cum brachijs argenteum.venter ⁊ femora de ere. tibie cum pedibus de ferro luto mixto: ſed lapis de monte ſine manib⁹ exciſus ſtatuam percuſſit in pedibus ferreis ⁊ fictilibus ⁊ cominuit eam Per hāc ſtatuā quatuor regna deſignantur caldeorū. vꝫ perſarum. Grecorum ⁊ Ramanorum. Lapis meſſias eſt ſine manibus.i. ſine virili ſemine natus de monte.i.opere diuino qui ſibi vt patet regnum romanorū ſubiecit. Quinto hoc probat per rōnē ex ſcripturis ſumptā Nā ſi per pctm̄ ydolatrie ⁊ occiſione pphaꝝ annis tm̄.lxx.captiuati ſunt.quid poſt mali fecerunt vt anis M.cccxcvj. ſint ſine duce ſine ſacerdotio ſine ſacrificio captiuati et a deo derelicti. Et cum nō inuenerunt aliud: dicant illud amos pphe ij. Eo quod vendiderunt iuſtum argento. O ceci iudei et perfidi

hebrei qui tam preclaras prophias vel non intelligitis vel nō intellige re fingitis Idcirco petrus ſtans in medio plebis vt pars pme epľe di/ cit:ſic locutꝰ eſt Uiri fratres vos ſci tis.i.non tm̄ creditis.ſed ſcientiam largo modo dictam habetis:quod factum eſt verbum per vniuerſam iudeā. incipiens enī a galilea poſt baptiſmū qd̄ predicauit Johānes ieſuȝ a nazaret.ſȝ de hoc alias.nūc ad aliam partem tranſeamus.

¶ Queſtio ſecunda de meſſie pri/ ma conditione.vȝ an fuerit deus et homo ꝛ quomodo hoc oſtenderit.

[Q]uerif a doctoribus vtrū meſſias fuerit deus et hō Et dicunt quod ſic multi plicif Primo hoc ꝓbaf per ſcripturā Jere.xxiij.dicentis. Ecce dies veniunt dicit dn̄s.ꝛ ſuſci tabo dauid germen iuſtū.ꝛ in hoc apparet meſſie hūanitas.Et ſequi tur.Et hoc eſt nomen quod voca/ bunt eum dominus iuſtus noſter. Et in hoc nomie quod apud hebre os proprie conuenit deo denotatur Meſſiem diuinitas. Secundo ꝓ/ batur hoc idē per ſcripturaȝ eſa.ix. ca.dicentis.paruulus natus eſt no bis.ꝛ filius datus eſt nobis.ꝛ factꝰ eſt principatus ſuper humerū eius Ex his auctoritatum verbis.patet xp̄i humanitas.ſequitur.Et voca/ bitur nomen eius admirabilis cō/ ſiliarius.deus fortis pater futuri ſe culi.princeps pacis ꝛ his verbis pa tet eius diuinitas. Tertio ponitur hoc per auctoritatem miche.v.ca. dicētis. Et tu bethleem effrata par uulus eſt in milibus iuda.ex te eni egredief qui ſit dn̄ator in iſrael.ec/ ce hūanitas et ſequif. Et egreſſus eius ſicut ab initio.ꝛ ſic patet diui/ nitas.Et ꝙ illa auctoritas intelli/ gatur de xp̄o ad litteram patet per tranſlationem chaldaicha ȝ vbi ſit habef. Ex te mihi egredief meſſi/ as.et egreſſus eius ſicut ab initi oa diebus eternitatis. Quarto idem ꝓbatur canti.iiij.vbi dicitur. Egre dimini filie ſyon ꝛ videte regem ſa lomō in dyademate quo coronauit eum mater ſua. ſed ꝑ ſalomoneȝ in ſcripturis ſm omnes doc.deus in telligitur. qui proprie rex pacificus appellatur per concordiam partiū vniuerſi. Cum ergo ipſe deus ſm naturā diuinā matrem habere non poſſit.ſequitur quod hoc ſit ſm na turam humanā.quia angelica etiā eſſe non poteſt. Et ſic patet xp̄i hu/ manitas ꝛ diuinitas. Quinto ꝛ vl timo ꝓbaf per proprietates meſſie que ponunfur in ſcd̄a parte preſen tis epľe quarum Prima dicif ſan/ ctitas nam poſtq̄ȝ petrus verbum eſſe ieſum a nazaret intulit.quomō vnxit eum deus ſpiritu ſancto ꝛ vir tute. ecce ſanctitas humanitatis eius. Secūda dicitur charitas.qꝛ infert. Qui pertranſiuit benefaciē/ do ꝛ ſanādo omnes oppreſſos a di aboli. Tertia dicitur poteſtas.qꝛ infert.Quoniā deus erat cum illo quia cum eo non potuiſſet eſſe deus ſi dixiſſet mendaciū faciendo ſe fi/ lium dei. Quarta dicitur humani tas quia infert. Et nos teſtes ſu/ mus omnium que fecit in regione iudeorum et in hierlm queȝ occide runt.hoc eſt occidi prouocauerunt ſuſpendentes.i.ſuſpēdi facientes

per milites preſidis in ligno.vz crucis. Quinta dicitur charitas.quia infert.Quem deus ſuſcitauit a mortuis tertia die.z dedit eum manifeſtum fieri non omni populo. ſed teſtibus preordinatis a deo nobis q manducauimus z bibimus cū illo poſtq̄ʒ ſurrexit a mortuis z precepit nobis predicare populo z teſtificari.quia ipe eſt.qui conſtitutus eſt a deo iudex viuorum z mortuorum. his ergo meſſie intelligitur humanitas z diuinitas.ſed nūc ad tertiā partem breuiſſime tranſeeamus.

¶Queſtio tertia de meſſie teſtimoniorū atteſtatione vz.Qui atteſtantur pro xp̄o q̄ fuit meſſias ꝓmiſſus in lege z prophetis.

q Uerit a doctoribus ſatis diligenter qui ſunt qui teſtimoniū ꝑhibent q̄ xp̄s ſit meſſias in lege ꝓmiſſus. Cū apoſtolus petrus in tertia parte huius ep̄le dicat.huic omēs pphe teſtimoniū ꝑhibent remiſſionem peccatorum per nomen eius. omnes qui credunt in eum. Et dicunt breuiter q̄ prim⁹ eſt abel geñ. ij.de quo aug.ad oroſiū dicit. Tria maxime ꝑconia iuſticie in abel fuiſſe cōprobant. vz virginitas: ſacerdotium: et martyriū. In quib⁹ xp̄i figurā primus geſſit. et hic dedit ſiue perhibuit teſtimoniū figurationis. Alius eſt abraaz qui perhibet teſtimoniū generis deſcenſiōis.cui dictū eſt geñ.xxij. In ſemie tuo benedicent oēs gētes. Tertius eſt iacob qui perhibet teſtimoniū naturarū cōiunctionis. vz diuine et humane geñ.xxviij.quando vidit ſcalā i.xp̄i humanitatē cuius ſumitas celos tangebat:quia ſua humanitas diuinitati cōiuncta eſt. Hinc dixit. Uidi dn̄m facie ad faciē.i.miſteriū incarnationis:et ſalua facta eſt aia mea. Quartus fuit moyſes qui habet teſtimoniū perſeueratiōis exo. iij. Quia vidit rubū ardentē et non comburebať.qd̄ dictū eccl'ia gloſat de preſeruatione virginitatis beate marie matris meſſie. Quintus fuit aaron qui perhibet teſtimoniū ſanctificationis. vz pro pcō leui.xj. cui dixit deus. Tolle de armento vitulū pro peccato. Sextus fuit z ipſe aaron qui perhibet teſtimoniū meſſie ꝯceptionis quia vt ſcribit numeri. xvij. virga eius ſola floruit cum ſola mater meſſie virgo ſine virili ſemine eum cōcepiſſe perhibeť. Septimus fuit moyſes q deutro. xxxj. perhibet teſtimoniū inimicorū negationis dicēs meſſie. Negabūt te inimici tui:z tu eorū colla calcabis

Octauus fuit ioſue qui in lib.ſuo meſſie geſta deſcripſit z perhibet teſtimoniū denoiationis. vnde iero. in prologo dicit. Jeſus filius naue typū dn̄i nō ſolū in geſtis verūetiā in noie gerit. Nonus fuit gedeon perhibens teſtimoniū deſcenſiōis quando vt iud.vj.ſcribiť. vidit pluuiā in vellere terra nō madefacta. Unde canit eccl'ia. Sicut pluuia in vellus deſcendiſti:vt ſaluū faceres genus humanum. Decimus fuit booz qui ruth vltimo ca.perhibuit teſtimoniū generationis.quia genuit obed patrem iſay patris dauid de quo natus eſt ieſus qui vocatur xp̄s. Undecimus fuit ſamuel qui j. reg.ij.perhibuit teſtimoniū meſſie ſublimationis.vnde eius mater

anna dixit. Sublimabit cornu xpi ſui. Duodecimus fuit nathan pro pha q paralipo.xvij. phibuit ex pte dei pris teſtimoniū filiatōis dicēs. Ego ero ei in patrē et ipſe erit mihi in filiū. Tredecimus fuit ieſus fili⁹ ioſedech qui eſdre.iij.phibuit teſti moniū diuine honorificatiōis tem plū et altare edificādo. Decimuſ quartus fuit neemias qui.iiij.cap. ſui lib.perhibet teſtimoniū exaudi tionis dicens. Audi nos deus no ſter. Decimus quintus fuit tobias qui xij.ſui libri perhibꝫ teſtimoniū meſſie glorificationis dicēs. Luce ſplendida fulgebis: et oēs fines ter re adorabūt te. Nationes ex lōgin quo ad te venient munera defferē tes. Decimuſſextus teſtis inuenit in lib.iudith quādo in.xvj.c.perhi buit teſtimoniū iudicij terribilis ad uentionis cū dicit. Montes a fun damentis mouebuntur cum aquis petre ſicut cera liqueſcēt ante faciē tuā. Decimuſſeptimus inuenitur in lib.heſter quando in.x.ca.mar docheus perhibuit teſtimoniū gen tium cōuerſionis dicēs. Paruulus fons creuit in fluuiū quia meſſias q humiliter paruulus natus eſt vbi qꝫ predicat ad dexterā patris exal tatus. Decimuſoctauus fuit Job qui.xix.ca.perhibet teſtimoniū re demptionis dicens. Scio eni qꝛ re demptor meus viuit.et reliq̄. De cimuſnonus fuit dauid qui qnam uis in cunctis ſuis dictis chriſtum predicent: tamen pſal.ij. perhibet teſtimonium filiationis dicens. Fi lius meus es tu: ego hodie genui te. Viceſimus fuit ſalomon qui in viij.ca.prouerb.de ſapientia meſſie perhibet teſtimonium eterne con ditionis dicens. Dn̄s poſſedit me ab initio viarū ſuarū. et reliq̄. Qd in.j.eccleſiaſti. confirmat dicens. Quid eſt quod fuit ipſum quod fa ciendum eſt. Et lib.canti.ſemp lo quit de xpo. Viceſimuſprim⁹ fuit philon grecus qui perhibet in.v. ca.ſapietie teſtimoniū iuſtorū ⁊ ma lorū in iudicio examinatiōis dicēs Tunc ſtabunt iuſti in magna con ſtantia et reliqua. quā qꝫ de morte ſua impij dicāt.ij.ca. morte turpiſſi ma cōdēnemus eum. Viceſimuſſe cundus fuit ieſus ſirach q ca.xlvj. perhibet teſtimoniū inimicorū ex pugnationis dicens. Maximus in ſalutem electorū dei expugnare in ſurgentes hoſtes. Viceſimuſterti us fuit eſa.qui in.ix.ca. perhibet te ſtimonium ſue donationis dicens ſm tranſlationem chaldaycaꝫ. In fans datus eſt nobis: et recipiet ſu per ſe ad ſaluandū legē: et vocabit nomē eius admirabilis cōſilij: de⁹ fortis permanēs in ſecula ſeculorū meſſias. Viceſimuſquartus fuit ie remias qui.xxiij. perhibet teſtimo nium ſue denominationis dicens. Ecce dies veniunt dicit dn̄s et ſuſci tabo dauid germē iuſtū: et regna bit rex et ſapiens erit et faciet iudi cium et iuſticiā in terra: et hoc eſt nomen qđ vocabūt eum dn̄s iuſtus noſter. Viceſimuſquintus fuit eze chiel qui.xliiij.cap. perhibet teſti monium templi viſitatiōis. Nam poſtqꝫ de virginitate matris dixe rat ait de eo. Impleuit glīa domū dn̄i. Viceſimuſſextus fuit daniel q vij.cap.perhibet teſtimoniū dn̄ati onis dicēs. Poteſtas eius poteſtas

eterna qui nõ auferetur et regnum eius quod non corrumpet. Uiceſimuſſeptimus fuit oſee q.xj.ca.perhibet teſtimoniũ eius vocationis dicens. Ex egipto vocaui filiũ meum
Uiſimuſoctauus fuit ioel qui.ij. ca.perhibet teſtimoniũ ſue doctrinationis dicens. Letamini in dño deo veſtro qui dedit vobis doctorẽ iuſticie Uiceſimuſnonꝰ fuit amos q.ij.c.perhibet teſtimoniũ ſue venditiõis dicens. Sup tribus ſceleribus iſrael et ſup quatuoꝛ nõ cõuertar pro eo ꝙ vendiderũt iuſtũ argẽto. Triceſimus fuit abdias qui.ij. cap̃.perhibet teſtimoniũ infirmoꝝ ſaluationis dicẽs. In monte ſyon vz in templo erit ſaluatio. Triceſimus primus fuit ionas qui.ij.cap̃. perhibet teſtimonium ſue doꝛmitionis quando ſtetit in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus.
Triceſimuſſecũdus fuit micheas qui.j.caplo perhibuit teſtimoniũ ſue incarnationis dicens. Egredietur dominus de loco ſancto ſuo et deſcendet et calcabit ſuper excelſa terre. Et in.iiij.caplo.loquitur de pace tempoꝛis eius. Triceſimus tertius fuit Naum qui.j.cap̃.perhibet teſtimoniũ cõtra peccatoꝛes indignationis dicens. Ante faciẽ indignationis eius quis ſtabit et quis reſiſtet in via furoꝛis eius.
Triceſimuſquartus fuit abachuc qui.iij.cap̃.perhibet teſtimoniũ exultationis dicens. Ego autem in dño gaudebo ⁊ exltabo in deo ieſu meo. Triceſimuſquintus fuit ſophonias qui.j.c.p̃ibuit teſtimoniũ dicẽs. Ueniet ad iudiciũ congregationis deſideratus cunctis gentibꝰ et magna erit gloꝛia domus iſtius nouiſſime magis q̃ p̃me.vtꝰ declaratum eſt. Triceſimuſſextus fuit zacharias qui.ix.ca.perhibet teſtimoniũ ſue honoꝛifice receptionis dicens. Exulta ſatis filia ſyon. iubila filia hieruſalez. Ecce rex tuus venit ſanctus et ſaluatoꝛ pauper et ſedens ſuper aſinam. Triceſimus octauus fuit malachias qui.iij.ca p̃hibet teſtimoniũ templi viſitationis dicẽs. Ueniet ad tẽplũ ſanctũ ſuuz dñatoꝛ quẽ vos queritis ⁊ angelus teſtamẽti quẽ vos vultis. Ecce igitur quõ omẽs libꝛi veteris teſtamẽti et omnes p̃phe perhibent teſtimoniũ dño noſtro ieſu chꝛiſto. Sed adhuc ſunt Sibille que perhibent teſtimoniũ ei. quarũ p̃ma eſt ſibilla perſica que dicit. Signetur dñs in oꝛbem terrarum.⁊ greminũ virginis erit ſalus gentium Scda eſt ſibilla lybica dicens. videbunt regem viuentẽ. et tenebit illum in gremio virgo dña gentiũ Tertia eſt ſibilla delphica dicens. Naſcet p̃pha abſq; mr̃is coitu ex virgine Quarta eſt biſilla chimerica dicẽs Aſcendet puella facie pulchꝛa capilis pꝛolixa ſedens ſuper ſedem ſtratam puerum intuens. dans ei ad comedẽdum ius pꝛopꝛiũ. vz lac de celo miſſum. Quinta eſt ſibilla erithea dicens. In vltima etate humiliabitur deus humanabit p̃les diuina vnietur humanitati diuinitas Jacebit in feno agnus. et puellari officio educabitur. Sexta eſt ſibilla ſamia dicens. ecce veniẽt dies et naſcetur de paupercula dñs. et beſtie terrarum adoꝛabunt eum clamabunt et dicẽt. Laudate dñm

in atrijs celoꝝ. Septima ſibilla eſt cumana dicens. Iā noua ꝓgenies celo demittitur alto. Octaua eſt ſibilla heleſpontina dicens. De ex celſo celoꝝ habitacula proſpexit deus humiles ſeruos. et naſcetur in diebus nouiſſimis de virgine hebrea in cunabilis terre. Nona eſt ſibilla frigya dicens. Ex olinpo excelſus veniet ⁊ firmabitur conſiliū in celo. ⁊ annūciabitur virgo De cima fuit ſibilla Tiburtina dicens. Naſcetur xp̄s in bethlem annūciabitur in nazaret regnante thauro pacifico fundatore quietis. O felix illa mater cuius vbera illum lactabunt. Undecima eſt ſibilla europia dicens. veniet ille ⁊ tranſibit montes ⁊ colles ⁊ latices olimpi ⁊ regnabit in paupertate et dn̄abitur in ſilentio ⁊ egredietur de vtero virginis. Duodecima ſibilla ē agrippa dicens. Inuiſibile verbum palpabitur germinabit vt radix. ſiccabit vt foliū nō apparebit venuſtas eius circundabit aluus maternus et flebit deus leticia ſempiterna. et ab omibus conculcabit. naſcet ex matre vt deus. et conuerſabitur vt peccator. Ultimo qꝺdam homo gentilis perhibuit teſtimoniū xp̄o Naz tempore conſtantini rome ſepulchrū inuentum eſt. in quo iacebat homo aureaz laminā habēs in pectore in qua ſcriptū erat. Naſcetur xp̄s de virgine ⁊ credo in eū O ſol ſub helene ⁊ cōſtantini temporibus iterum me videbis. habet hoc in hyſtorijs romanoꝝ. Et ſanctus Thomas ponit idem. 2a 2e. q. ij. ar. vij Uerū q: de his teſtimonijs diximus ſm ordinē librorū veteris teſtamēti: adhuc dicemus ſm ordinem myſteriorum meſſie. Primo eni myſterio ꝓmiſſionis perhibet teſtimonium dauid pſal. cxxxj. cui dictū eſt. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuā. Item Scd̄o myſterio conceptionis perhibet teſtimoniū Iere. xxxj. dicens. Creauit dn̄s nouum ſuper terram. femina circūdabit virum. Tertio miſterio generationis perhibet teſtimoniū eſa. ix. dicēs. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Quarto myſterio cōuerſationis ꝑhibet teſtimoniū baruch iij. dicens. Hic eſt deus noſter. et nō extimabit alius aduerſus illum. hic adinuenit omē viam ſcientie. ⁊ dedit illaz iacob puero ſuo: ⁊ iſrael dilecto ſuo. poſt hec iterris viſus eſt ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt Quinto myſterio miraculoꝝ operationis perhibet teſtimoniū eſa. xxxv. dicens. Tunc aperient oculi cecorum ⁊ aures ſurdorū patebunt tūc ſaliet ſicut ceruus claudꝰ ⁊ aperta erit ligua mutoꝝ. Sexto myſterio predicationis perhibet teſtimonium ip̄e eſa. iiij. ca. dicens. Erunt praua in directa et aſpera in vias planas. et reuelabitur gloria dn̄i. ⁊ videbit omnis caro pariter q̄d os dn̄i locutuꝫ eſt Septimo myſterio temptationis perhibet teſtimoniū dauid. xc. dicens. Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis ⁊ cōculcabis leonem ⁊ draconem. Octauo myſterio cōſpirationis eius perhibet teſtimoniū Iere. xj. dicēs. Uenite mittamus lignum in panē eiꝰ. ⁊ eradamus eum de terra viuentiū ⁊ nomen eius nō memoretur am

pliis. Nono myſterio pditionis phibꝫ teſtimoniū dauid. pſal. xl. dicens. Qui edebat panes meos ampliauit ſuper me ſupplantationem Decimo myſterio cene celebrationis perhibet teſtimonium Joſeph moyſes exo. xij. Undecimo myſterio pñtatiōis phibet teſtimoniū Jere. xj. dicēs. Quaſi agnus manſuetus qui portatꝰ ad victimā Duodecimo myſterio in oratiōe ſanguinis effuſionis perhibet teſtimoniū dauid. cxlij. dicens. Anxiatus eſt in me ſpiritus meꝰ. ⁊ reliqua. Tredecimo myſterio ſue oblationis perhibet teſtimoniū eſa. liij. Oblatus eſt qꝛ ipſe voluit. Decimoquarto myſterio iudeorū vigoroſe obuiationis phibet teſtimoniū moyſes deutro. xxxij. videte qđ ego ſim ſolus. et nō eſt alius deus pter me. et loquit moyſes in pſona dei. Decimoquinto myſterio ſue derelictiōs perhibet teſtimonium dauid pſal. cxlj. dicēs Conſiderabaꝫ ad dexteram ⁊ videbam: ⁊ non erat qui cognoſceret me. Decimoſexto myſterio diſcipulorum effugationis perhibet teſtimonium Job. xix. dicens. Noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. Decimoſeptimo myſterio flagellationis perhibet teſtimonium eſa. lj. dicens. Corpus meuꝫ dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Faciem meam nō auerti ab increpantibus ⁊ conſpuētibus in me. Decimooctauo myſterio negationis perhibet teſtimoniū dauid in pſal. lviij. dicens. Extraneus factus ſuꝫ fratribus meis. Decimonono myſterio falſe teſtificationis perhibet teſtimoniū dauid in pſal. xxvj. dicens. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Uiceſimo myſterio in columna verberationis phibet teſtimoniū dauid pſal. lxxij. dicens. Fui flagellatus tota die. Uiceſimo primo myſterio deluſionis perhibet teſtimonium dauid. xxxij. dicens. Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis. Uiceſimo ſecundo myſterio condēnationis perhibet teſtimoniū daniel. xiij. dicens. Ecce morior cum nihil horū fecerim. que iſti malicioſe cōpoſuerunt aduerſum me. Uiceſimotertio myſterio crucifixiōis perhibet teſtimoniū dauid pſal. xxij. dicens Foderunt manus meas et pedes meos. Uiceſimo quarto myſterio veſtimentorū diuiſionis perhibet teſtimoniū dauid pſal. xxij. dicens Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem Uiceſimoquinto myſterio potatiōis perhibet teſtimoniū dauid pſal. lxviij. dicens. Dederūt in eſcā meam fel ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto. Uiceſimoſexto myſterio anime cōmendationis ⁊ expirationis perhibet teſtimonium dauid pſal. xxx. dicens. In manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Uiceſimo ſeptimo myſterio de cruce depoſitionis perhibet teſtimonium moyſes numeri. j. dicēs. Depoſuerunt leuite tabernaculum. Uiceſimooctauo myſterio ſepelitionis perhibet teſtimoniū eſa. xl. dicens. Erit ſepulchrum eius glorioſum. Uiceſimonono myſterio ad inferos decenſionis perhibet teſtimoniū eccleſia. xxiiij. dicens Deſcēdit ad inferas partes terre. Trigeſi-

mo myſterio reſurrectionis. perhi- bet teſtimonium dauid pſalmo. cxxxviij. dicens. Tu cognouiſti ſeſ- ſionem meam ⁊ reſurrectioné meā Ecce igitur ſm ordinem myſterio- rum quot ſunt qui perhibent teſti- monium xp̄o q̄ ſit meſſias in le- ge ꝓmiſſus. q̄q̄ ſint alij mlti quos cauſa breuitatis obmitto deprecās maiſtatem ſuā vt oēs in ſe pie cre- dētes ad ſuū faciat ptingere regnū cui ſit honor et gloria per infinita ſecula ſeculorum Amen.

¶ Feria tertia in albis de promiſſio ne meſſie facta patribus ſcd̄um ex- poſitioné epiſtole. Sermo. xlij.

Urgēs pau lus ⁊ manu ſilentiū in dicens ait. viri fratres filij generis abrae: et q in vobis timent deū vobis verbum ſalutis huius miſſuz eſt. actuū. xiij. hec verba ſcribuntur. Pro exordio huius ſermonis a doctoribus que- ritur. vtruz repromiſſio de meſſia in lege ⁊ prophis ꝓmiſſio ſit tm̄ facta ad dauid ⁊ abraam. Et dicunt q̄ ſic quod probant. Primo per rationē ſancti Tho. in tertia parte. q. xxxj. ar. ij. dicentis quia cū xp̄us meſſias deberet eſſe ſacerdos: propha ⁊ rex debebat etiā deſcendere ſm carnē ab abraam qui fuit ſacerdos ſacri- ficiū offerendo. iuxta illud Geñ xv Summe inquit tibi vaccā triennez Et ꝓpha quia dixit dñs abimelech geñ. xx. propha eſt ⁊ ipe orabit ꝓ te Et etiā ad dauid regē de quo. j. Re. xiij. dixit ſamuel Queſiuit ſibi dñs virū iuxta cor ſuuz. Secundo p ra tioné alexandri de ales in. iij. ſum- me dicētis. quia ad hos ſpecialiter de xp̄o promiſſio facta eſt. dictū eſt eni abrae. Geñ. xxij. In ſemine tuo bñdicent oēs gentes. Et ad gala. iij paulus ait. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſi ones ⁊ ſemini eius. Non dicit in ſe minibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno et ſemini tuo quod eſt xp̄us. Ad dauid aūt. De fructu vētris tui ponā ſup ſedem tuā. hinc eſt quod ppl's iudeorū meſſiā regē honorifi- ce ſuſcipientes ſibi dicebant. math. xxj. ca. Oſanna filio dauid. Tertio etiā hoc probant p ieronymū ſupra math. j. ca. qui dicit idē. vz Ad hos tantū facta eſt de xp̄o repromiſſio. Et confirmat per apl'm paulum in principio preſentis epl'e declarāde ideſt p verba propoſita. In qua tres vtiles queruntur queſtiones. Pri- ma eſt de meſſie xp̄i ꝓmiſſo cogni- tione. An. ſ. principes iudeorum co gnouerūt xp̄m meſſiam eſſe promiſ ſum vel ignoranter occiderūt eum in principio. Secūda eſt de meſſie xp̄i reſurrectionis tp̄ali determina- tione. ibi. deus vo ſuſcitauit eum a mortuis tertia die. Tertia eſt de meſſie xp̄i promiſſionis reſurrectio nis conditione. ibi. Et nos vobis anunciamus ⁊ reliqua.

¶ Queſtio prima de meſſie xp̄i pro miſſionis cognitione. vz an iudei cognouerunt chiſtum meſſiam eſſe promiſſum.

Uerit a doctoribus. vtrū iudei cognouerūt ieſum nazarenum eſſe xp̄m pro miſſuz. Et merito hic du- bitat cū. j. ad Corin. ij. apl'us dicat. Si cognouiſſent nunquā dñm glo rie crucifixiſſent. Et actu. iij. petrus

dixit. Scio fratres quod per ignorantiã feciſtis ſicut et principes vri Et xp̄us in cruce Luce. xxxiij. dixit Pater dimitte illis quia neſciũt qd faciunt. Et in ↄtrariũ habetur illud Joh. xv. ca. Nũc aũt viderũt et ode runt me ⁊ patrẽ meũ. Nam quod videtur maniſeſte cognoſcitur. Item illud math. xxj. hic eſt heres. vbi Jerony. maniſeſte ꝓbat. dñs his verbis iudeorũ principes nõ per ignorantiã: ſed per inuidiã dei filiũ crucifixiſſe. Dicunt ergo doctores ꝙ minores ppl'i iudeorũ ⁊ vulgares non cognouerunt ieſum eſſe xp̄um: nec quantũ ad diuinitatẽ: nec quantũ ad hũanitatẽ: q: licet ꝓpter miracula ⁊ ſanctitatẽ eius crederent ipſum eſſe virum ſcm̄ ⁊ ꝓpham. non tñ illũ de quo ſcripture loquuntur cũ eas ſcripturas ignoraret. Maiores v̄o ⁊ ſcribe cognouerũt nõ certitudine euidẽti que p demõſtrationẽ vel ſenſum habetur: ſed probabiliter p ſcripturas que de xp̄i diuinitate et humanitate loquunt vt in p̄cedẽti ſermõe dictũ eſt. Nec tñ eoꝝ cognitio que adherẽtie ⁊ ↄiecture dici poteſt fuit in eis impedita p paſſiones ire ⁊ iracũdie inuidie quas ↄtra ieſum conceperunt: duz incepit predicare contra nequitias eoꝝ. Sicut eni aliquis ſcit noticia habituali ⁊ actuali particulariter fornicari eſſe peccatum: ⁊ tñ adueniente paſſione vehementi: iudicat actualiter eſſe fornicandũ vt colligitur ex doctrina p̄hi vij. ethicorũ. Jta ppl'us ille quãuis cognoſceret xp̄um deũ ⁊ hominem eſſe cognitione qua dictum eſt habitualiter: tñ paſſionibus excecatᵒ actualiter ignorabat. Et his dictis argumenta ad vtrãq; partem facili ter ſoluuntur: quia illa loquuntur de cognitiõe actuali: alia de cognitione habituali. vnde paulus in prima parte preſentis ep̄l'e dicẽs. Qui habitabant hieruſalez et principes eius ignorantes voces ꝓp̄harũ interfecerunt ieſum. loquit de cognitione actuali. Textᵒ de ſe maniſeſtᵒ eſt: ⁊ expoſitione non indiget.

Queſtio ſecunda de xp̄i reſurrectionis temporali determinatione.

Q Uerit a doctoribus. vtrũ xp̄s tertia die reſurrexit a mortuis. Et dicunt tria ipſi doctores ad propoſitum reſpondẽdo de tp̄e determinatiõ reſurrectionis. Primũ eſt quod xp̄us ſcd̄um augu. iiij. de trini. c. v. viij. kalendas aprilis. vz. xxv. die martij mortuus eſt. et. vj. kalendas aprilis .i. xxvij. martij reſurrexit a mortuis. vñ patet quod tribus diebus accipiẽdo partẽ ꝓ toto in ſepulchro ſtetit: nec mirũ quia tale tp̄us effectũ mortis ſue repreſentat. Nã per duas noctes qbus in ſepulchro permãſit a duplici morte anime. vz ⁊ corporis liberati ſumus. per diem v̄o quo etiã mortuus ſtetit: ſignificatur ꝙ eius mors non ex peccato ſ; ex charitate ſuſcepta eſt: nec a myſterio vacat ꝙ tali mẽſe reſurrexerit quia mundus tali menſe factus: et primus homo creatus: et tali menſe reparati ſũt. vñ ſicut ppl's hebraycus ab egypto pharaone ſubmerſo extractus canticũ laudis cecinit. ſic populus xp̄ianus gr̄a et laudes ex tãto beneſitio reddit. Aliud eſt qđ doctores dicunt quia xp̄s ſcd̄um textũ euãgelicũ prima ſabbati hoc eſt

die dñico quo die mūdus est reſur/
rexit factus primus angelus creat⁹
ipſe lucifer debellatus. michael cuz
ſuis ꝯfirmatus in lege ppl's erudit⁹
Et hic ſciſſimus dies multis myſte
riis eſt celebrandus. Tertiū et vlti
mū quod doctores dicūt eſt ꝙ xp̄s
ſcdm Gregoriū media nocte ſurre/
xit qua hora, ver⁹ ſamſon portas in
ferni deſtruxit. licet Aug. iiij. de tri
nitate. ca. vj. dicat ꝙ ſurrexit in au/
rora. quia ſcdm beatū Bona. in. iij
di. xxij. vterqꝫ verū dicit. Gregorius
aſſignauit horam qua fuit. et au//
guſtinus aſſignauit horam qua in
notuit. Alexander tñ de ales in. iij.
medius inter eos dicit ꝙ ſurrexit
inter mediam noctē ⁊ aurorā. Et cū
mediū ab extremis denominet: ve/
re dici poteſt: ꝙ xp̄s media nocte et
aurora vel mane ſit reſuſcitat⁹. Nec
a myſterio vacat. quia tunc incipit
aer ſerenari quando xp̄s apparuit
et ſcripturas apperuit: quibus mēs
diſcipl'oꝝ cepit illuīnari. Ecce igit
quō deus eū tertia die reſuſcitauit a
mortuis. Et viſus eſt ꝑ dies multos
ſicut ſcōa pars ep'le dicit que de ſe
manifeſta ē ⁊ expoſitōe nō indiget.
¶ Queſtio tertia de reſurrectionis
meſſie conditione. vz an integrali/
ter reſurrexerit a mortuis.

q Veritur a doctoribus de
conditione reſurrectionis
xp̄i. vz. An reſurrexit inte
graliter cū ipſo moriente
facte ſint ſeꝑationes plurime. vz aie
et corporis. Math. xxvij. ieſus cla
mans emiſit ſpm̄. diuinitatis et hu/
manitatis nō quidē a partib⁹ eſſen
tialibus. ſ. ab anima ⁊ corpore: quia
ſcdm Dam̄. xp̄s quod ſemel aſſum
pſit nunquā dimiſit. ſed a toto quia
xp̄s in triduo non fuit homo. Itez
tertio ſanguinis nec obſtat dictum
Dam̄ quia nō loquit de partib⁹ in
tegralib⁹ ſꝫ eſſentialib⁹ vt dictū eſt
Et dicūt doctores ꝙ xp̄s integre re
ſurrexit cū oīum predictoꝝ facta ſit
perfecta reintegratio. Primo eni
ſanguinis ad corpus: quia corpus
ſine ſanguine viuere nō poteſt. Sꝫ
an totus ſanguis ſit reaſſumpt⁹: du
biū eſt maxime cū corpus gl'ioſum
tanto ſanguine nō indigeat. Secū
do ſanguinis ad diuinitatē quia ex
quo eſt vnitus corpori ꝑ conſequēs
eſt vnitus diuinitati. Tertio anie
ad corpus nā iſtud indicat nomē re
ſurrectionis. ſicut enī mors eſt con/
iunctorū ſeꝑatio: ſic ⁊ reſurrectio eſt
anie ⁊ corporis iterata vnio. Quar
to vt ita dicā diuinitatis ad huma/
nitatem ſic intelligendo ꝙ xp̄s fuit
poſt reſurrectionē deus et homo ſi/
cut ante mortem: quāuis poſt mortē
in triduo fuerit tantū deus ⁊ nō ho
mo. Hec eſt igit repromiſſio facta
patrib⁹ de qua paulus in tertia par
te preſentis ep'le dicit: quam ipſe iu
deis nunciabat vt in exordio dixi/
mus: quam iudei nō cognouerunt.
O igitur pie ieſu qui integre ſuſci/
tatus es tertia die: fac nos a pecca/
tis ſic reſurgere: vt tecū ſine fine va
leamus habitare. Qui cum patre ⁊
ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſe/
cula ſeculorum. Amen

Sermones quadrageſimales fra/
tris antonij de bitonto felici nomie
expliciunt ipreſſi ꝑ ioannē hertzog
impenſis ſpectabilis viri. n. de frāk
fordia. Anno xp̄i. 1496. kl's iulias

Inc 971